2 In text.ibi (*ou Doutores*) Procedit in Magistris artium, quia appellatione Doctorum continentur, & illorum priuilegijs gaudent vt per Ioann.Martins à Costa in Addit.ad tractatum libellorum Caminhæ an. not.53.à num.7.cum multis sequenbus. Vbi latissimè per totam ferè annotationem iuribus, & exemplis hoc confirmat, & post illam in lucem editam pro hac opinione in Senatu Supplicationis audiui iudicatum.

In antiq. tit.21.Concordant in §§.

Ad tit.34.Ordin.Regiæ:

Do que lança de casa o criado que tem por soldada.

Ad Principium Ordinat.Reg.

1 NOta & collige ex hac Ordinat. quando famulum ad certum definitum tempus pro certa mercede susceptum dominus ante finitum tempus domo expellit compellendum esse dominum soluere illi integram mercedem, hoc tamen intelligendum est quando nulla iusta causa fuit expulsus,& famulus ex sua parte contractum, vt oportebat, implebat. Et tunc famulus sic iniuste expulsus non tenetur reuertere ad complendum tempus. Si tamen famulus ante tempus impletum sine culpa domini discedat, cogendus est restituere mercedem, aut partem illius, si illam iam acceperat, & seruire integrum tempus nulla persoluta ei mercede. Concordat apud Hispanos l.8.tit.4. lib.4. fori, & vide Azeued.l.fin. num.12. tit.15. lib. 4, nouæ Recopil. Pat.Azori.Instit. Moral. p.3. lib.8. de locato cap.13. quæst.5. & 6. Flores Variar. lib. 1. quæst.8.§.2.num.18. Pat. Molin. de Iustit.tract.2.disput.506. vers. lib.4. aliàs num.13. Pat.Rebello de Obligation. iustit. p.2. lib.14. quæst.13. num.16.

2 In text.ibi (*que deitar fora da casa*) Non procedit quando dominus famulum iratus expellit, & incontinenti pœnitet ita Flores Variar. lib.1.q.8.§.2.n.21.

Ad tit.35.Ordin.Regiæ.

In antiq. tit.22.Concordant in §.3.

Do que demanda ao criado o damno que lhe fez.

Ad Principium Ordinat.Reg.

1 COllige ex hac Ordin. famulum quando non recessit ante finitum tempus contractus teneri à domino tempore recessus requiri ante iudicem,vel probos viros de damno,alioquin,quando postea famulus mercedem exegerit non poterit ab eo petere dãnũ quoniam

quoniã præsumitur id efficere ne integre illi soluat mercedem vere debitam. Quando autem protestatus est damnum solùm conceduntur domino quatuor dies ad illud probandum à puncto, quo famulus mercedem exegerit, nisi dominus velit soluere illi statim integram mercedem, nam tunc maius tempus illi conceditur prout iudex æquum fuerit arbitratus ita P. Molin de Iustit. tract. 2. disp. 506. vers. Si damnum aliàs n. 15. Vide Flores Vari. lib. 1. q. 8. § 2. n. 18. vers. 11.

2 Nota famulum, qui sua culpa saltem leui domino vere damnum dedit, teneri illud in foro conscientiæ integre domino resarcire, nihil impediente dispositione huius Ordin prout resoluũt P. Molin. d. disp. 506. num. 15. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib 8 de locato cap. 13. quæst. 7. vbi etiam idem resoluit in famulo, qui domino gratuitum obsequium præstat, nam hic ex leui culpa domino obligatur, quia eo ipso, quod sponte sua famulatum offert fidelem curam, diligentiam, & operam polliceri videtur.

3 In text. ibi (*lhe fez perda algũa*) Quid si famulo sciente alius quispiam domino aliquid surripuerit, an debeat famulus damnum illatum secundum conscientiam resarcire? Dic esse distinguendum, aut rei custodia est famulo commissa, aut non, si primum resarcire cogitur id, quod interest domini, quia ratione sui muneris, & officij damno occurrere compellitur. Si secundum lege quidem charitatis, non autem iustitiæ, domino tenetur, quia ipse rei talis custos non est. Ita Pat. Azori. d. cap. 13. quæst. 8. latius distinguit P. Molin. d. cap. 506. n. 15. vers. Vtrum.

4 In text. ibi (*deuelha emendar, & pagar de sua soldada*) Et etiam expensas, quas dominus in curatione famuli fecit. Ita Flores Vari. lib. 1. quæst 8. §. 2. num. 17. concl. 10. Gutier. pract. lib. 4. quæst. 52. num. 16. licet expensas, & alimẽnta necessaria famulo ægroto deberi asserat P. Azori. d. lib. 8. de locato cap. 14. q. 3. in fine. Nam famulo infirmo non tenetur dominus soluere salarium pro tempore infirmitatis, vt per Azori. d. quæst. 3. Flores d. num. 17. Cald. Pereira quæst Forens. cons. 20. num. 9. *An ex salario sint deducenda expensa facta in curatione famuli.*

5 Nota quod præsumitur famulũ subtraxisse bona, quæ non reperiuntur extare in domo, quæ ante fugam aderant. Glos. in Auth. de exhibendis reis §. Si vero semel verbo Factum Ias. in l. admonendi nu. 91. ff. de Iureiurand. & in §. ex maleficijs num. 90. Instit. de Action. Viui. tom. 2. Communium Opin. lib. 9. tit. 28. num. 76. vers. Septimo fallit, ibi imo plus, Ranchin. p. 4. concl. 271. Mascard. de Probatiòn. concl. 822 per totam.

6 Et famulorum natura est furacissima Mascard. de Probationibus concl. 831. num. 7. optime Bouadil. in sua Politica lib. 1. cap. 13. num. 33. Quapropter scholastici huius resolutionis non immemores merito de suis famulis sæpe conqueruntur. *Famulorũ natura furacissima.*

Nota quod seruis, & operarijs statim est salarium soluendum, vt executio sententiæ, qua quis ad illud soluendum condemnatur, sit facienda, non obstante appellatione, ita post. Rebuff. Stephan. Gratian. Disceptation. Forens. cap. 257. num. 44.

In antiq. tit.62. vsq. ad §.4 cōueniunt.

Ad tit.36. Ordinat, Regiæ.

Do que toma algũa propriedade de foro para sy, & certas pessoas.

DE Iure Emphyteutico de quo hic agitur, & in titulis seqq. integros tractatus edidere Corbul. Valasc. & Cald. Pereira. Clar. in § Emphyteusis, Cot. in memorab. verbo Emphyteusis Bertach. p. 1. verbo Emphyt. Cardos. eod. verbo, Gam. decis. 2. 41. 48. 50. 323. & 333. Kirchou. Villalob. tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. tit. 44. Iocob. de Carolis tom. 2. praxis iuridicæ colore 11. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. conuent. tom. 2. lib. 22. Iacob. de Graffis tom. 1. consil. lib. 3. tit. de Iure Emphyt. Ex doctissimis Theologis Societatis IESV, vide P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 444. cum seqq. P. Leon. Lessi. eod. tract. lib. 2. cap. 24. dub. 9. cum seqq. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 10. de Emphyteusi à cap. 1. P. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnitent. tom. 2. lib. 25. cap. 44. á nu. 544. Pat. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 13. de contractu Emphyteutico.

Ad Principium Ordinat. Regiæ.

1 Vide latissimè Cald. Pereira de Nominat. Emphyt. quæst. 7. num. 1. cum multis seqq.

2 In text. ibi (*algũa pessoa*) Vide Cald. Pereira de Nomination. q. 4. num. 1. siue masculus, siue fœmina sit, text. in l. hominis appellatione ff. de Verbor. significat. resoluit Stephanus Gratian. Discept. Forens. cap. 58. num. 19 cum multis sequentibus.

3 In text. ibi (*herdeiros*) Vide Cald. Pereira de Nomination. quæst. 7. à num. 40.

4 In text. ibi (*ficar herdeiro*) Explicat Cald. Pereira de Nominat. q. 12. num. 45. Et non procedere in fideicommissario vniuersali, qui verus hæres non est afferit idem Cald. de nominat. q. 8. n. 6.

5 In text. ibi (*outra nomeação*) Vide Cald. Pereira de Nomination. quæst. 12. num. 45. vbi resoluit quod quando nullus reperitur nominatus ad Emphyteusim, illa defertur scripto hæredi tanquam nominato, vel hæredi instituto in re certa, nullo dato cohærede vniuersali, vel si forte habuit cohæredem, qui tamen repudiauit.

AD §. I.

1 In text. ibi (*herdeiros*) Vide Pinell. in l. 2. nu. 11. Cod. de bonis mat. Valasc. de Iure Emphyt. q. 43. nu. 8. Cald. Pereira de Nominat. q. 11.

2 In text. ibi (*descendentes*) Vide Emman. à Costa de Success. Regni. pag. mihi 103 & 176. cum seq. Cald. Pereira de Nominat. q. 11. à n. 4.

3 In text. ibi (*nomeados*) Intellige si hæredes fuerint capaces, vide Cald. Pereira de Nominat. q. 10. num. 9. Et si adeant hæreditatem, vide eundem q. 12. n. 45.

4 In text. ibi (*acordandose todos, ou a maior parte delles*) An intelligatur respectu personarũ numeri, vel quotæ hæreditatis? Dic quod respectu dictæ quotæ argumento eorum, quæ tradunt Afflict. decis. 288. & alij relati per Farinac. de Delict. p. 1. lib. 1. tit. 2. q 14. n. 17. & 18.

5 In text. ibi (*não ha de ser partido*) Diuisio multa incommoda afferre solet l. Cum pater §. Dulcissimis ff. de legatis 2. & communio discordias

dias solet excitare, & particularis solutio solet multa afferre incommoda. Vide Gregor. tit. 15. in princip. verbo Desacuerdo part. 6. Mascard. de Probation. concl. 328. nu. 2. Valasc. consult. 53. n. 1.

6 In text. ibi (*por se não confundir a pensão delle*) Nota Emphyteusim per partes non posse diuidi, ne pensio per plures soluenda necessariò diuidatur, & in non modicum domini præiuditium confundatur, ita Cald. Pereira de Nomination. q. 24. num. 14. Valasc. de Partit. cap. 25. num. 6.

7 In text. ibi (*satisfazendo*) Vide Valasc. de Iure Emphyteu. quæst. 43. n. 8. Cald. Pereira de Nominat. q. 11. num. 1.

8 In text. ibi (*ate seis meses*) Vide Valasc. consult. 53. Et circa Innocentij doctrinam in cap. Extirpandæ §. Qui vero de Præben. Vide Cald. Perei. in l. Si curatorē verbo Vel aduersarij dolo n. 79. col. fin. Et potest fieri adiudicatio vsque ad litis contestationem, vide Gam. decis. 243. nu. 2. in fine & nu. 4. & 5. an minori concedatur restitutio.

9 In text. ibi (*& não vendendo, ou escaimbando os herdeiros*) Quid si ignorent se esse hæredes? Dic non currere huiusmodi tempus, vide Afflict. in cap. 1. num. 10. & 12. Quod tempore miles lib. 1. fol. 83 Gregor. l. 28. verbo O de seus herderos vers. Sed quid si filij titul. 8. part. 5.

10 Quid si sint plures filij inuestiti pro inæqualibus portionibus, an omnes in Emphyteusim æqualiter admittātur? Vide Gregor. vbi proximo Ias. in l. Si non sortem §. Libertus nu. 33. ff. Condict. indebiti Cald. Pereira de Nominat. q. 10. nu. 31. cum seq. & q. 11. n. 16. Valasc. consf. 53. n. 6.

AD §. II.

1 Vide Gam. decis. 229. Cald. Pereira de Nominat. q. 12. á princip. Thom. Valasc. tom. 1. Alleg. iuris allegat. 61. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 13. q. 13 n. 11.

2 Seruanda est hæc Ordinatio in foro Ecclesiastico. Vide Gam. decis. 2. num. 5. cum seqq. & decis. 50. n 2. & 5. & decis. 149. num. 5. & decis. 308. num. 6. & 7. & decis. 315. nu. 8. Cald. Pereira de Nomination. q. 7. num. 11. cum seqq. & q 10. n. 13. & 14. & 19. & q. 12. num. 22. & 14. nu. 1. & de Renouat. q. 17. num. 9. cum seqq. Quia vtile dominium est quid profanum & super eo possunt Principes sæculares statuere, vide Surd. decis. 160. nu. 15. cum seqq. D. Barbos. in l. Titia n. 44. & 47. ff. Soluto matrim. Valasc. consult. 134. n. 13.

3 In text. ibi (*abintestado*) Quis dicatur intestatus in præsenti? Vide Cald. Pereira de Nominat. q. 12. à princip.

4 In text ibi (*não nomeando*) Nota Emphyteusim extingui, dominiūq; vtile cum directo consolidari, quoties Emphyteuta, nullo relicto ascendente, vel descendente, aliquem nō nominauit sibi successorem in secundam, vel tertiam personā, vide Cald. Pereira de Nominat. q. 12. n. 24. cum seqq. & de Renouat. q. 9. n. 8. Thom. Valasc. tom. 1. Alleg 61. n 3.

5 In text. ibi (*filho legitimo*) Nota filium legitimum patri succedentem abintestato cōsequi Emphyteusim, quam pater habebat cum potestate nominandi secundam, vel tertiā personam, non minus, ac si illum pater nominatū instituisset, aut nominasset, vide Gam. decis. 229. Valasc. de Iure Emphyt. q. 44. Cald. Pereira

 de

de Nominat.q.12.à.n.44. hoc procedere etiamsi patris hæreditatem repudiet afferunt Viui.tom.2.Commun.Opinion.lib.6.tit.17. num.73. Cald.Pereira de Nominat. q.7. nu. 41.& q.10.n.28.Meno.de Præsump. lib.3.q.48.n.12.Gam.d.decis.229.Et quod Emphyteusis Ecclesiæ simpliciter concessa patri absquè mentione filiorum censetur pro se, & filijs non vt hæredibus resoluit Verall. Rom.decis.302. quem refert Aloys. Ricci.in collect. decis. p.4. collect. 777. vers.Dico secundó,& de Emphyteusi concessa pro hæredibus,& descendentibus,quod non comprehendat descendentes,qui etiam hæredes non sint resoluunt Valasc. de Iure Emphyt.q.44. nu.18. & q.48. n.4.Cald.Pereira de Nominat.q.22. num.33.

6 In text.ibi (*neto, ou bisneto*) Vide Cald. Pereira de Nominat. q. 13. à n.14.& q.17 á num.48. vbi resoluit quod appellatione filiorum in materia Emphyteusis continentur nepotes.

7 In text.ibi(*posto que o neto*) Vide Pinell.in l.1.p.1.à n.69.Cod.de bonis mat.Cald.Pereira de Nominat. q.17.n.34.

8 In text.ibi(*sempre o maior dos filhos*) Vide Valasc.consult.82.n.5.

9 In text.ibi (*ou a maior das filhas*) Vide Menoch.cons.111. nu 55. cum seqq.Cald. Pereira de Nominat. q. 17. à n.33.

10 In text.ibi(*& se o prazo for comprado*)Vide Cald. Pereira de Nominat.q.18.à princip.

AD §. IIII.

1 In text.ibi(*hauerà o seu foro o seu filho natural*) Nota hanc Ordin. non habere locum in Emphyteusi concessa pro se,& filijs, quia tunc non admittitur naturalis,nec spurius legitimatus,vide Cald.Pereira de Nominat q.19.nu.64.& q.21.nu.22. & quæst.Forens.lib.2.q.38.n.18.Garci. de Nobilit.glos.21.à n.49.Flores ad Gam.decis.2.n.1.

2 Nota quod filius naturalis , seu legitimatus rescripto sæcularis Principis, præsertim si spurius erat, succedere non potest in Emphyteusi Ecclesiastica si sit concessa cũ clausula sibi,& filijs,vel sibi,& successoribus,si autem sit concessa per verba facultatis liberè nominandi , vt quem voluerit,vel quemcunque voluerit,tunc locus erit huic Ordinat. & potest talis emphyteuta nominare filium naturalem,vel succedere in emphyteusi. Vide Gam.decis.2. vbi Flores,Gregor.l.4. verbo Todas las honras tit.15. p.4. Cald. Pereira de Nominat.q 19.n.28.& q.21. nu.30. P.Molin.de Iustit. tract.2. disp.173. vers. Legitimatus rescripto. Flores Vari.lib.1.q.16.n.17. Valasc. tom.2. consult.134.n.7. & cons.147. à principio D.Barbos. in priuatis scholijs ad l. Vnum ex familia §. Si quis rogatus in 2. schol.fin. ff. Ad Trebel. Cardin. Mantic.de Tacitis,& ambi. conuent.lib. 22.tit.9.n.4. vers. Vera est igitur & tit.11 n.1. Stephan. Gratian. Disceptat. Forens. cap. 218. á n.35 cum seq. D. Mart. in votis nouiss.decis.voto 207.n.3. vbi resoluit quod Ecclesiastica Emphyteusis, quando est concessa pro se,& hæredibus,ac successoribus quibuscunq; cum beneplacito Sedis Apost. trãsit ad hæredes extraneos,& nu.2. dicit quod licet aliqui teneant, quod illa dictio, quibuscunq; recipiat restrictionem de habilitate , tamen hoc procedit in dispositione legis , non autem in dispositione hominis.

An

An legitimatus succedat in bonis corona.

3 An legitimatus succedat in bonis Coronæ? Affirmat Valasc. cons. 129. n. 6. vbi dicit quod emphyteuses bonorum coronæ regulantur secundum emphyteuses priuatorum. Negat Cabed. p. 2. decis. 27. n. 4. resoluens quod si legitimetur simpliciter, quantumcunque generaliter ad succedendum in maioratibus, feudis, & alijs rebus similibus, prout sunt capellæ reguenga, non poterit sic legitimatus succedere, nisi id speciatim in legitimatione ei concedatur cum derogatione Ordin. lib. 2. tit. 35. §. 12.

In text. ibi (*caualeiro*) Vide Cald. Pereira de Nomitat. q. 21. à princip.

AD §. V.

In text. ibi (*forma do contrato*) Vide Valasc. de Iure Emphyt. q. 4. num. 3. & 9.

AD §. VI.

Vide Cald. Pereira de Nominat. q. 22. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disput. 479. vers. Item quando. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 13. q. 16. num. 10.

AD §. VII. & vlt.

1 In text. ibi (*& seus herdeiros*) Vide Pinel. in l. 2. num. 12. Cod. de Bonis mat. vbi resoluit ad extraneos emphyteusim transituram si diceret, hæredibus quibuscunque, de quo etiam vide Afflict. in cap. 1. §. Donare n. 14. vers. Qualiter poterat olim feudum alienari lib. 2. fol. 33. Duenh. reg. 103. limit. 10. Syluan. cons. 52. n. 6. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. glos. 7. nu. 21. Item à simili quando quis accepit feudum pro se, & hæredibus suis, solum de filijs hæredibus censetur intellectum, resoluunt glos. in l. Ex facto §. fin. ff. Ad Trebel. Zazi. in tract. de Success. feudi p. 9. num. 28. Roland. cons. 2. nu. 39. vol. 1. & cons. 44. n. 38. vol. 3. Et de Emphyteusi Ecclesiastica concessa alicui, & hæredibus suis, quod non transeat ad hæredes extraneos, sed tantum ad filios tenet glos. in l. Etiam §. 1. ff. Soluto matrim. Vide Boeri. decis. 278. n. 7. Cou. lib. 2. Vari. cap. 17. nu. 5. cum seqq. Ceuall. Commun. contra commun. q. 194. nouissime D. Marta in votis nouiss. decis. voto 207. nu. 3. vbi etiam resoluit quod quando Ecclesiastica Emphyteusis concessa est pro se, & hæredibus, ac successoribus quibuscunque cum placito Sedis Apost. transit ad hæredes extraneos.

2 In text. ibi (*successores*) Vide addit. Abb. in cap. In præsentia nu. 27. lit C. de Probat. Ias. in l. Cum filiusfam. num. 89. ff. de legatis 1. & in l. 2. nu. 198. Cod. de Iure Emphyt. Bernard. reg. 717. Syluan. cons. 30. nu. 23. & 29. & cons. 52. num. 12. & 13. & cons. 68. num. 22.

Ad tit. 37. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 63.

Das nomeações que se fazem dos prazos, em que casos se podem reuogar.

Nominationes Emphyteusis, quibus casibus possint reuocari.

Vide Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 22. per totam. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disput. 483. Cald. Pereira de Potestate eligendi cap. 2. cum seqq. Valasc. cons. 61. nu. 4. & 6. & cons. 102. à nu. 30. Cabed. p. 1. decis. 103. Pat. Rebello de Obligation. Iustit. p. 2. lib. 13. quæst. 13. cum seqq.

Ad Princip. Ordin. Reg.

1 Vide Cald. Pereira de Potestat. elig. cap. 2. à principio Lusitanum Ægidi. in Repet.l. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. p. 2. in initio n. 31. cum sequentibus.

2 In text. ibi (*por certa pensão*) Nota Emphyteutam teneri ad certam pẽsionem quotannis soluendam, vide P. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 24. dubit. 9. n. 45.

3 In text. ibi (*nomeasse algũa pessoa*) Quid si nominauerit tres personas? Videtur nominationem non valere argumento l. Duo sunt Titij ff. de Testament. tutela, quod ita tenet Gonçal. Vaz in l. Vnum ex familia §. Sed si vno ff. de Legatis 2. quod procedit quando nominauit filios suos, secus si nomina expresserit, quia tũc prior nominatus habebit Emphyteusim, quia censetur magis dilectus vide Cald. Pereira de Nominat. q. 10. nu. 31. cum seqq. Valasc. consult. 71. n. 11. faciunt quæ tradit Tiraq. in §. Hoc sermone n. 124. sic etiam si res relinquatur duobus, quæ ab vno tantum possideri potest, tunc primo loco nominatus debet præferri, vide Bald. in l. 1. num. 1. Cod. de edicto D. Adriani. Rebuff. de Pacificis possess. n. 295. Valasc. consl. 121. nu. 3. & consl. 139. á n. 2. Sed Gam. decis. 174. n. 7. dicit quod si plures sint vocati ad vnam donationem nomine collectiuo, & si vnus solum in ea re donata succedere debeat, censetur vnusquisque vocatus secundum ordinẽ affectionis, quod si sint dispares gradu consanguinitatis proximior vocatus censetur primo loco.

Monachus, pupillus, mutus 4 An Monachus, vel pupillus possint ad Emphyteusim nominare? Vide de Lusitan. Ægidi. in Repetit. l. 1. Cod. de Sacrosf. Eccles. p. 1 §. 2. n. 19. cum seqq. Cald. Pereira de Nomin. q. 4. n. 2. cum seqq. & in l. Si curatorem verbo Cum non absimilis n. 34. qui affirmatiuè resoluunt, cum ius nominandi, seu eligendi facti sit, & in facto consistat. Et quod minori si faciat nominationem irreuocabilẽ danda est restitutio, secus tamen si reuocabiliter nominauerit cum habeat remedium ordinarium, vide Cald. in d. l. Si curatorẽ verbo Hunc contractum n. 26. & latissime de Nominat. q. 4. á n. 16. cum seqq. Posse etiam nominare mutum nutu, & signis fatetur idem Cald. d. verbo Cum non absimilis n. 69. vers. Illud tamen omittendum. Idem in excommunicato resoluunt Pereg. de Iure Fisci lib. 3. tit. 11. nu. 32. Cald. de Nominat. q. 5. n. 47. Idem in deportato amplectuntur Flores Vari. lib. 2. q. 22. nu. 2. Cald. de Nominat. q. 5. n. 5. & faciũt quæ ipse q. 4. n. 7. Et posse maritum habentem emphyteusim vxorem nominare, & nominationem ita factam plenam firmitatem habere, quoniam non ab illo capit vxor, sed à primo, affirmat Cald. de Nominat. q. 4. nu. 18. Nota tamen prodigum, cui bonorum administratio interdicta est, non posse nominare nisi cũ auctoritate curatoris, vide Lusitan. Ægidi. in Repet. l. 1. Cod. de Sacrosf. Eccles. p. 1 §. 2. n. 22. *excõmunicatus, deportatus, & prodigus an possint nominare?*

5 In text. ibi (*atè o tempo de sua morte*) Vide Cald. Pereira quæst. Forens. consl. 12. n. 7. Bened. Ægidi. in Repe. l. 1. Cod. de Sacrosf. Eccles. p. 2. in initio á nu. 31. Nota quod nominatio manebit irreuocabilis, etiamsi concessa sit facultas nominandi vsquè ad mortem, si processum sit ad traditionem rei emphyteuticæ. Vide Valasc. consl. 61. num. 13. & de tradita possessione per clausulam cõstituti, vide

vide Cald. Pereira de Potestate elig. cap. 4. nu. 26. An pater posſit nominare vſqué ad mortem etiamsi tradat rem Emphyteuticam? Vide Molin. de Primog. lib. 2. cap. 4. num. 24. Gam. decis. 116. n. 8. Flores ad eund. decis. 36. n. 1. Valasc. cons. 102. n. 1. & n. 15. vers. Cæterum Cald. Pereira de Potest. elig. cap. 3 n. 15.

In text. ibi (*ao tempo della*) Vide Cald. Pereira de Potestat. eligendi cap. 3. n. 25.

AD §. I.

1 Vide Anton. Gom. ad l. 17. Tauri à n. 24. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 95. Cod. de Bonis mat. Flores Vari. lib. 2. q. 22. P. Molin. de Iustitia tract. 2. disp. 483. Valasc. cons. 61. num. 4. & 6. & consc. 102. Cabed. p. 1. decis. 103. Lusitan. Ægidi. in Repet. l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. p. 2. in initio n. 32. Benedict. Pinell. Select. iuris interpret. lib. 2. cap. 15. à n. 9.

Nominatio facta titulo dotis an maneat irreuocabilis

2 In text. ibi (*por titulo de dote*) Quæstio grauis est an nominatio facta titulo dotis maneat reuocabilis? Videtur dicendum quod non, cum actus dotis faciat donationem reuocabilem l. Si ego §. Si res ff. de Iure dotiũ vide Ias. in l. Ex hoc iure n. 66 ff. de Iustit. Gam. decis. 382. aliàs 384 in prin. Segur. in l. Vnũ ex familia §. Sed si fundum col. 32. ff. de Legatis 2. Deci. cons. 414. Baec. de Dote cap. 1. n. 28. in fine, Auend. ad l 44. Tauri glos. 16. nu. 1. & hanc opinionem tenaciter amplectitur Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 22. nu 20. cum multis seqq. vbi dicit contrariam opinionem nimis rigurosam esse, ex eo quia mulieres manerent indotatæ, & mariti, cum quibus, & propter quos electio facta fuit decepti, in graue Reipubl. damnum, ideo pro hac parte in Senatu Portugalensi bis iudicatum vidi anno Domini 1587. em hũa causa de Cosmo Gonsaluez de São Gião de Sarafaõ. A. com Diogo de Lemos Escriuão dos Reguengos da Villa de Guimarães. R. iudic. Andre Velho, & Petro do Souoral, scriba Balthasar Ferras. Iterum, em hũ feito de Vicente Ferreira com Domingos Fernandez de Guimarães, scriba Soeiro. Contrariam tamen opinionem imo potius nominationem factam titulo dotis manere reuocabilem, nisi emphyteuta cum prædicta nominatione totum ius cedat Emphyteuticum, & in fauorem sponsi trasferat ad instar nominantis, & vniuersum ius transferẽtis, tenent Valasc. consult 102. n. 11. & 36. cum seqq. Cald. Pereira de Potestate elig. cap. 2. n. 31. & cap. 4. nu. 35. & quæst. Forens. cons. 12. n. 15. innituntur hi Doctores in illis verbis ibi (*traspassando na dita pessoa todo o direito &c.*) Quæ verba videntur denotare non sufficere titulum dotis, nisi adijciatur translatio iuris, quia verbũ, *traspassando*, est gerundij, & importat conditionem ex Bart. in l. Si tu ex parte n. 1. ff. de Acquir. hæred. Tiraq. cessante causa limit. 1. nu. 81. Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ pag. mihi 163. Surd. de Alimentis tit. 5. q. 3. nu. 41. Azeued. l. 18. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Cald. Pereira de Potestate elig. cap. 4. nu 30. Valasc. cons. 149. n. 2. & etiam pro hac parte iudicatũ vidi Portugal. Senatu Anno Domini 1588. em hum aggrauo de Gaspar Teixeira de Fauacos, escriuão Diogo Lopez de Macedo. Inter hanc Doctorum, & tantorum Patrum contentionem, meam non interponam sententiam, quod alibi disputandum relinquo, interim tamen primam opinionem æquiorem

& iuri

& iuri magis consonam, secundam vero receptiorem iudico.

3 In text.ibi (*trespassando em sua vida*) Vide Benedict. Pinel. Select iuris interpret. lib. 2. cap. 15. nnm. 9. cum sequentibus.

4 In text.ibi (*posto que reserue para sy o vso fructo*) Vide Cald. Pereira de Potest. elig. ca. 4. n. 35. vers. Vnde.

5 In text.ibi (*antes a pessoa, &c*) Vide Cald. Pereira de Potest. eligend. cap. 2. n. 23. & 44. & cap. 3. n. 2.

In antiq. §. 1.

AD §. II.

1 Vide Gam. decis. 339. n. 4. Valasc. cons. 61. n. 12. & cons. 102. á num. 14. Cald. Pereira de Renouat q. 18. nu. 35. & de Potestate elig. cap. 5 à princip. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 483. vers. Secunda conclusio Pat. Rebello de Obligat. Iust. p. 2. lib. 13. q. 17. à n. 4.

2 In text.ibi (*& não fazendo menção no dito contrato de morte*) Nota quod si quis sit in periculo vitæ, & fiat mẽtio ægrotationis, præsumitur donatio causa mortis, ita Mascard. de Probat. concl. 561. n. 18. Menoch. de Præsump. lib. 3. q. 36. n 10. D. Barbos. in l. Quæ dotis n. 87. vers Et ex his ff. Soluto Matrim. glos. & Bart. in l. 3. ff. de Donat. causa mortis, licet cõtrarium defendat Gutier de Iuram. confirm. p. 1. cap. 12. n. 18.

In antiq. §. 3.

AD §. III.

1 Vide P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 483. in fine principij Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 22. á n. 34. Cald. Pereira de Potestate elig. cap. 7. à princip. Lusitan. Ægidi. in Repet. l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. p. 2. in initio n. 26.

2 In text.ibi (*no caso onde dissemos, &c.*) Vide Cald. Pereira de Potest. elig. cap. 7. n. 32.

3 In text.ibi (*prouar por testemunhas*) Intellige tres vt per Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 22. n 34. cum seqq. Valasc. cons. 61. n. 14. & in antiq. Ordin. erat verbum tres, quod hic non reperitur, sed librarij, vel typographi incuria omissum fuisse sine dubio credendum esse asserit Lusit. Ægid. d. num. 26. in princip.

AD §. IIII.

Reuocato, vel annullato testamento corruit nominatio in eo facta.

1 Vide Cost. in l. Si ex cautione fallent. 12. num. 4. Gam. de Sacram. præstandis q. 6. nu. 20. & decis. 173. P. Rebello de Obligation. Iustit. p. 2. li. 13. q. 17. n. 6. Lusit. Ægidi. in Repet. l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. p. 2. in init. n. 26. in fine, & nu. 27. latissime Cald. Pereira de Potestate elig. cap. 8. & quæst. Forens. lib. 2. q. 26. n. 3. & de Nominat. q. 5. n. 35. & q. 10. n. 29. Valasc. cons. 61. & cons. 102. num. 15. Thom. Valasc. tom. 1. Allegat. iuris alleg. 61. nu. 8. cum seqq. Flores de Mena lib. 2. Vari. q. 22. n. 6.

2 Nota quod si testamentum non reuocetur, nec aliquo modo infirmetur, nominatio ipsa de per se reuocari non potest. Ita contra Costam vbi proxime resoluit Lusitan. Ægidi. d p. 2. in initio n. 28.

Nominatio facta in testamento nullo propter exhæredationem an valeat?

3 Quæstio est controuersa in hac materia, vtrum nominatio facta in testamento nullo propter exhæredationem, vel præteritionem sit valida? Affimant validam esse Anton. Gom. l. 24. Tauri nu. 5. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 483. vers. Secunda conclusio Cald. Pereira de Potestate elig. cap. 8. nu. 7. & quæst. Forens. lib. 2. q. 26. n. 3. in fine. Negat tamen Valasc. cons. 61. à n. 6. Et quod rupto testamento agnatione posthumi rumpatur

rumpatur nominatio, seu electio facta in eodem testaméto tenet Gam. de Sacram. præstandis q. 6. n. 21.

AD §. V.

1 Vide P. Molin. de Iustit. tract. 2. disput. 483. Secunda conclusio, aliàs n. 2. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 13. q. 17. n. 7. latissime Cald. Pereira de Potest. elig. cap. 9. à princ.
2 In text. ibi (*poderà nomear outra vez*) Vide Tiraq. de Retract. lig. §. 8. glos. 7. num. 6. & ad vnum notabile allegat Gam. decis. 235. ad finem.
3 In text. ibi (*pois o nomeado morreo primeiro que houvesse effeito a nomeação*) Quæsitum fuit apud me, vtrum si pater habens Emphyteusim nominationis filium simpliciter nominauerit absque dominij translatione, & filius in vita patris defunctus sit, ob idquè Emphyteusis ad patrem reuertatur, teneantur nepotes nominantis volentes cum patruis partitiones facere conferre fructus, quos pater nominatus ab Emphyteusi accepit dũ vixit? Videtur quod sic, quia nominatio non habuit effectum, & cum nominatus non fuisset factus dominus Emphyteusis non poterat facere fructus suos, iuxta glos. verbo Superfluum ad finem in l. Emptor ff. de Rei vendicat. quam dicunt receptam plures citati per Valasc. de Iure Emphyt. q. 25. n. 29. col. 3. Menoch. remed. 15. Recup. nu. 504. D. Barbos. in l. Diuortio §. 1. p. 1. n. 44. & p. 2. n. 49. ff. soluto matrim. Et nepotes cum patruis ad hæreditatem vinientes tenentur conferre omne, quod datum est patri per auũ iuxta text. in l. Illam Cod. de Collat. Vide Rip. in l. In quartam n. 198. ff. Ad legem falcid. Anton. Gom. ad l. 29. Tauri n. 40. D. Barbos. in l. Post dotem num. 52. cum sequentibus ff. Soluto matrimon.

AD §. VI.

1 Vide Pinel. in l. 1. p. 1. nu. 71. Cod. de Bonis mat. Valasc. de Iure Emphyt. q. 41. nu. 3 Cald. Pereira de Renouat. q. 18. á n. 3. & latissime de Potest. eligendi cap. 11. per totum Pat. Rebello de Obligation. Iustit. p. 2. lib. 13. q. 17. n. 9. & 10.
2 In text. ibi (*dantre elles nascer*) Vide Cald. Pereira de Potest. elig. cap. 11. n. 4. & cap. 12. à princip.
3 In text. ibi (*hum de seus filhos, ou filhas, qual elle quizer*) Nota quod parentes possunt in Emphyteusi vni ipsorum filiorum prælegare in præiuditium aliorum, attamen non possunt sua repudiatione priuare omnes filios. Ita Menoch. cons. 155. n. 29.
4 In text. ibi (*porem não poderà nomear pessoa algũa estranha*) Nota quod pater non potest nocere filio quoad Emphyteusim non hæreditariam, sed ex pacto, & prouidentia concessam. Vide Valasc. de Iure Emphyt. q. 49. n. 10. Gasp. Roder. de Annuis reditib. lib. 2. q. 22. nu. 37. P. Rebello d. lib. 13. q. 15. n. 6. vbi etiam resoluit quod si pater fuerit primus eius acquisitor tunc bene potest eam alienare in præiuditium comprehensorum per suam inuestituram, quod etiam tenet Ambros. Episcop. Perus. decis. 14. quem refert Aloys. Ricci. in Collect. decis. p. 3. collect. 690. vers. Limita 2. Si Emphyteusis ex re vel pecunia patris acquisita sit, potest pater filijs alienando nocere resoluunt Valasc. d. q. 49. n. 70. P. Rebello d. q. 15. num. 2. Cald. Pereira in Comment. ad §. Sed hæc cap. 2. nu. 27. Instit. de Inoffic. testam.
5 In text. ibi (*pessoa estranha*) Vide Cald.

Cald.Pereira de Poteſtate elig. cap. 12. á n. 1. Vnde ſi pater Emphyteuſim pro ſe,& filijs alicui tertio venderet, reſcindi poſſet venditio à filio,quamuis filius teneretur emptori pretium pro ſua parte reſtituere, ſi patris hæres ſit, prout iudicatum fuiſſe teſtatur Gam. deciſ.8. num.4. quem ſequitur Pat. Rebello d. q.15. nu.6. prope finem. An poſsit pater tranſigendo filio præiudicare? Vide Gam.deciſ.151.

6 In text.ibi(*neto*)Vide Pinel.in l. 3. n.33.Cod.de Bonis mat.Valaſc.de Iure Emphyt.q.41.à nu.3. P.Molin. de Iuſtit.tract.2.diſp.483.verſ.Quarta concluſio. Cald. Pereira de Poteſt.elig.cap.15.à num.2.

AD §. VII.

Vide latiſsime Cald. Pereira de Poteſt.elig.cap.16.à principio.

AD §. VIII. & vlt.

Vide Pat.Molin.de Iuſtit.tract.2. diſp.483. verſ.Secunda concluſio in fine Valaſc. conſ. 61. & conſ. 102. eleganter Luſitan.Ægidi.in Repet. l.1.Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.p.2. in initio num.30.

In antiq. tit.64. Cōcordant in §§.

Ad tit.38.Ordin.Regiæ.

Do foreiro que alheou o foro com authoridade do ſenhorio,ou ſem ella.

De Emphyteuta Emphyteuſim alienante ſine domini directi conſenſu.

DEſumitur hic tit.ex l.fin.Cod. de Iure Emphyt. & ex cap. Potuit de Locato. Vide Conan.lib.7.comment.cap.12.num.9. cum ſeqq.Duenh.reg.40.P.Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp.461. Cardin. Mantic.de Tacitis, & ambig. conuent.lib.22.tit.28.Aldouin.conſ.81. n.1. Galganet. in tract.de Condit.& demonſtrat. p.1.cap.52. Cened. ad Decretal.collect.144. Et ex noſtris LVSITAN. Gam.deciſ.283. Valaſ. de Iure Emphyt.q.26.nu.6.& conſ. 113. Cabed.p.1.deciſ.103. P.Rebello de Obligat. Iuſtit. p.2. lib. 13. q. 4. Cald.Pereira de Renouat. q.7. n.7. & de Extinct. Emphyt.cap.3. & de Empt.cap.26.n.37.& 40.

Ad Princip. Ordin. Reg.

Emphyteuſis non poteſt conſtitui niſi in re immobili.

1 In text.ibi*(herdade)*Nota Emphyteuſim non poſſe conſtitui niſi in re immobili. Vide Tiraq. de Retract. lig.§.1 gloſ.6.nu.4.& 10. Valaſc. de Iure Emphyt.q.1.n.4. Cald.Pereira de extinct.Emphyt.cap.1.n.2. Cardin. Mantic.de Tacitis, & ambig. conuent.lib.22.tit.2.nu.7. P.Azori. Inſtit.Moral. p.3. lib.10. de Emphyteuſi cap.5.q.1. verſ.Tertio. P.Leſsi. de Iuſtit.lib.2.cap.24.dub.9.n.43.

2 In text.ibi (*ou a tempo certo de dez annos*)Vide Tiraq. de Retract. lig.§. 1.gloſ.14.nu.82.Menoch.de Arbitr. caſu 5.n.4.& 5.Surd.de Aliment.tit. 8. priuil.43.n.2.& 3. Cardin.Mant. de Tacitis,& ambig.conuent.lib.22. tit.2.num.43.cum ſeqq.P.Molin.de Iuſtit. tract.2. diſput.461. verſ.Vtrū autem poſsit. Gam. deciſ.26. nu.2. Pinel.in l.1. Cod. de Bonis mat.p.3. n.68.verſ.Infertur 6.Valaſc. de Iure Emphyt.q.29.nu.23. P.Rebello de Obligat.Iuſtit.p.2. lib.13. q.5. nu.5. cum ſeqq.Cald.Pereira de Renoua. q.16. à n.8.& de Extinct.cap.1.n.17. & 19.& cap.4 n.38.& de Empt.cap. 26. n.33.& quæſt. Forenſ.lib.1.q.11. n.5.Ceuall. Commun.contra commun.q.199.nu.6. Stephan.Gratian. Diſcep.Forenſ.c.378.n.30.cū ſeqq. P.Leſſ.de Iuſti.lib.2.c.24.du.9.n.56.

In

3 In text. ibi (*vender*) Procedit in venditione melioramentorum, quæ non possunt vendi nisi de consensu domini. Vide P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 10. de Emphyt. cap. 8. q. 2. P. Lessi. d. dub. 9. n. 52. Stephan. Gratian. Discep. Forens. cap. 21. n. 34.

4 Limita primo in vẽditione nulla, quia illa facta irrequisito domino non incurritur commissum, vide Pat. Molin. d. disp. 459. vers. Ex hoc eodem, aliàs nu. 10. Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap. 3. n. 3. &. cap. 7. nu. 10. Valasc. consult. 71. num. 15. Thom. Valasc. tom. 1. Allegationum iuris alleg. 87. n. 4.

5 Limita secundo in venditione commoditatis vita durante, secus si vendatur cum translatione iuris totalis. Vide Farin. decis. 84. num. 5.

6 Limita tertio in promissione de vendendo, vide Tiraq. de Retract. tit. 2. ad finem n. 44. Cald. de Resol. Emphyt. cap. 5. in fin.

7 Limita quarto in venditione conditionali, secus si processum sit ad traditionem. Vide Tiraquel. de Retract. lig. §. 1. glos. 2. num. 23. & 32.

8 Limita quinto in venditione cum pacto legis commissoriæ, vel additionis in diem. Vide Surd. decis. 220. n. 39. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig conuent. lib. 22. tit. 28. n. 30. Gam. decis. 12. num. 1. Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap. 6. n. 37. & cap. 7. n. 9. & cap. 13. n. 25. & cap. 16. n. 55.

9 Limita sexto in venditione, quæ rescinditur remedio l. 2. Cod. de Rescind. Vendit. Vide Pat. Molin. disp. 459. vers. Quando Emphyteuta, aliàs n. 16.

10 Limita septimo in retrouenditione, quæ fit vigore pacti de retro, itaut res dicatur non translata, sed reddita. Vide Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 180. n. 20. Nam Emphyteusim vendens cum pacto de retro, nisi rem incontinenti redimat, cadit in commissum Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap. 7. n. 6.

11 Limita octauo in venditione, quam facit partis suæ hæres Emphyteutæ cohæredi suo, vide P. Rebello d. lib. 13. q. 4. n. 8. & plures alias limitationes, vide infra à n. 20.

12 In tex. ibi (*escaimbar*) Vide Clar. in §. Emphyteusis q. 17. Sarmi. lib. 3. Select. ca. 2. n. 20 in fine. Greg. Lop. in l. fin. glos. 3. tit. 8. part. 5. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 461. in princip. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 10. de Emphyt. cap. 8. q. 5. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. conuent. lib. 22. tit. 28. n. 69. cum seqq. Cald. Pereira de Extinct. Emphyt. cap. 8. à n. 31. & de Empti. cap. 2. n. 3.

Emphyteusis nõ potest permutari irrequisito domino.

13 In text. ibi (*dar*) Vide Sarmi. lib. 3. Select. cap. 2. nu. 3. Anton. Gabri. lib. 4. Communi. Opin. tit. de Iure Emphyt. concl. 44. nu. 312. Vincent. de Franch. decis. 201. n. 3. Ceuall. Cõmunium contra comm. q. 570. Surd. decis. 93. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. conuen. lib. 22. tit. 28. n. 56. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 377. n. 27. cum seqq. Cened. ad Decretal. collect. 144. n. 32. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 461. n. 7. Pat. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 10. de Emphyteusi cap. 8. q. 3. P. Lessi. de Iustit lib. 2. cap. 24. dub. 9. nu. 54. Ex nostris Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap. 10. Valasc. cons. 113. nu. 13. & 25. Cabed. p. 1. decis. 104. P. Rebello de Obligat. Iusti. p. 2. lib. 13. q. 5. à n. 1.

Emphyteuta Emphyteusim donare absolute nõ potest sine consensu domini.

14 Amplia in legato Emphyteusis facto penitus extraneo, qui non erat emphyteutæ successurus. Stephan. Gratian. d. num. 27. Cald.

G d. cap.

d.cap.10.á nu.12.P.Azori. d. cap.8. quæst.4.Gregor.l.29.verbo La venda vers. An possit legare titul. 8. part.5.

15 Limita in donatione facta Ecclesiæ, de quo vide Dom.Garsiam Mastrill.Siciliæ decis.128.quē refert & sequitur Ioann.Aloys.Ricc.in col lect.decis.collect.156.vers.Tertio.

16 In text ibi (*nem alhear*) Amplia primo in transactione, quam facit emphyteuta transferens emphyteusim in aduersarium aliquo nēpe dato, vel retento. Vide Bellacomb.to.1. Commun.Opin.lib.4 tit 44.n.328. pag.691. Ioseph.Ludoui. Perus. decis.35.n.7.Cald.Pereira de Resolut. Emphyt.cap.9.n.34.& seq.

17 Amplia secundo in impositione census super re emphyteutica, propter quam caducitas incurritur. Vide Stephan.Grat.Discep.Forens. cap.43.n.20.& cap.202.nu.26. cum seqq.& de annuo reditu, vide Guasp. Roder.de Annuis reditib. lib.1. q.3. n 6.vers.Infertur, vbi distinguit inter reditum reseruatiuum, & consignatiuum, itaut in reseruatiuo, quando, scilicet, quis rē suam alteri confert pleno iure, reseruato sibi tantū quotannis recipiendi pensionem aliquā in fructibus, vel pecunia, Emphyteuta cadit à iure suo, secus tamē in cōsignatiuo, quando, scilicet, quis retētis suis bonis, eorumq; vsu cōsignat alteri certam pensionē in fructibus.

18 Amplia tertio in renuntiatione Emphyteusis, quæ irrequisito domino non potest renuntiari. Vide Pinel ad l.2.Cod.de Rescind.Vendit. p.1.cap.4.n.2.in medio.

19 Amplia quarto in alienatione rei emphyteuticæ cum clausula cōstituti, quæ quidem ampliatio tantū apud nos habet locum, in alijs vero prouintijs vbi super id nihil dispositum est, contraria opinio de iure tenenda est, cū materia sit pœnalis, & odiosa, obligatioq; Emphyteuseos stricti iuris sit, non debet extendi, præsertim quoad tantam pœnā maximeq; contra reum, & possessorē, quibus indubio fauendum est. Ita P. Rebello d.lib.13.q.4.n.7.Vide Gam. decis.126.n.1.Cald.de Extinct. ca.5. n.83.Tiraq.de Constit.p.3.limit.26. n.5.& 6.Card.Mant.d.lib.22.tit.28. n.33.Polyd.Rip.obseruat.342.quem refert Aloys.Ricci.in collect. decis. p.1.collect.55.in fine.

20 Limita primo in alienatione nulla, vide Succin.reg.153.vers.Tertio fallit. Tiraq.de Retract.lig. § 1. glos.2. num.6. Menoch. cons.322. num.54.Gutier.cons.12.nu.8. Surd. de Aliment. tit.9. q.16. num.69. & decis.51.num.18.& decis.220. n.40. P.Molin. disp.459. vers.Ex hoc eodem Valasc.cons.71. n.15. Stephan. Gratian.Discep.Forens.cap.36.n.51. Cald.Pereira de Potestate elig.cap. 5. num.11. D. Mart. in votis nouiss. decisionum voto 196.nu.5.Burg de Paz cons.44.n.3.

21 Limita secundo in alienatione necessaria.Vide Guasp.Roderic. de Annuis redit.lib.q.15.nu.81. & vide infra n.61.

22 Limita tertio in alienatione facta ab eo, qui ignorabat rem esse emphyteuticā. Vide Gam. decis.91. nu.1.Cald.Pereira de Renouat. q.5. n.29.Cardin.Mantic.d.lib.22.ti.28. n.12.Stephan.Gratian.Discept.Foforens.cap.24.n.17.& seq.

23 Limita quarto in alienatione facta in socium, vel collegam eiusdem Emphyteusis. Vide Bart. in l. Qui Romæ §.Duo fratres n.24.ff.de Verbor.Sarmi.lib.3.Select.cap.2. n. 21. P.Molin.disp.460.nu.8. Ceuall. Commun.contra cōm.q.435.Card. Mantic.

Mãtic.d.tit28.n.45. Cardin.Thusc. lit.E.concl.202.nu.7.& concl.207. n.130.P.Rebello d.lib.13. q.4. nu.8. Cald.Pereira de Extinct.cap.8. n.1. & recep.sentent.cons.7.n.55.

24 Limita quinto in diuisione, quã faciunt inter se plures Emphyteutæ. Vide Lusit.Soar. tom.1. Commun. Opin.lib.4.tit.44. num.349.& seq. Cardin.Mantic.d.lib.22.tit.38.à nu. 46. P.Azori.d.cap.8. q.6. Ceuall.d. q.435.n.1. Stephan. Gratia.Discep. Forens.ca.36.à n.1.Gam. decis.243. nu.6.& 7.& decis.268.nu.2. Valasc. cons.53.nu.4. & de Partit.cap.25.à nu.7. Cald.Pereira de Nominat. q. 24. à n.14. optime P.Rebello d.lib. 13. q.4.n.8.

25 Limita sexto in seruitute, quã potest Emphyteuta super rebus emphyteuticis citra consensum domini constituere. Vide Surd. de Alim.tit.4.q.10.à nu.6.Cald.de Renouat.q.16. num.19. & de Resolut. cap.5.n.8.Guasp.Roder.de Annuis reditib.lib.1.q.3.nu.7. vers.Hinc est Stephan Gratian. Discept.Forens. cap.43.num.1.& 2.P.Rebello d. lib. 13.quæst.4.num.11.prope finem.

26 Limita septimo in constitutione vsusfructus, qui potest cõstitui in fundo Emphyteutico absq; domini consensu.Vide Vezin.to.1.Cõmun. Opin.lib.4.tit.44.nu.322. pag.690. Cott.in Memor.verbo Emphyteuta 6. Surd.de Aliment. tit.8. priuil.43. n.6.Stephan.Gratia.Discept.Forẽs. cap.43.n.3.Ex nostris LVSIT. vide allegat.iuris pro Maioratu de Bellas p.2.n.112.Gam.decis.299.à nu.1. Pinel.in l.1.Cod.de Bonis mat.p.3.nu. 70.col.2.Valasc.cons.16. nu.73.D. Barbos.in l.Vsufructu n.14.ff.Soluto Matrim. Cald. Pereira de Resolut. Emphyt.cap.5.à n.2.

27 Limita octauo in pignore, vel hypotheca, cum bona emphyteutica possint irrequisito domino pignorari, vel hypothecari. Vide Vinc. de Franch.decis.226.Anton Gabri. lib.6.Commun.tit. de Regulis iuris concl.12.n.19.Guasp.Roderi. de Annuis reditib.lib.1.q.3.n.7.vers.Potest etiã sine conseusu, & lib.2.q.22.n.51. Stephan. Gratian. Discept. Forens. ca.43.á n.7.P.Molin.disp.461.n.12. Cardin.Mantic.d.lib.22.tit.28.n.51. Gam.decis.28.num.2. & decis.214. Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap.5.á n.27.& n.61.

28 Limita nono in nominatione Emphyteusis absquè traditione. Vide Gam.decis.116. Cald.Pereira de Extinct.Emphyt.cap.21.num 9. nouissime Benedict.Pinell. Select.iuris interpret. cap. 15. num. 15. Cabed. p.1.decis.103.

29 Limita decimo in alienatione, vel venditione, cum cõditione, si domino placuerit, vel si consensus domini accesserit, vel si Emphyteuta protestetur se vendere, seu alienare, saluo, & reseruato domini consensu, & non aliter, nequè alio modo, nam tunc etiamsi traditio sequatur nõ incurritur caducitas. Vide Grammat. decis.49.Clar. §. Emphyteusis q 13. n.5. Corbul.de causis, quibus Emphyteuta iure suo priuatur tit.de causa priuat. ob alienat.ampl.13.& limit. 36. & 37. Vincent.de Franch.decis. 267. Mich.Grass. tom.1. Commun. Opinion.lib.4.tit.44. pag.686. nu. 279.vbi Vezin.n.284.Bellacom. to. 2. tract. de Feudis tit.8. Quibus ex causis feudum amittatur pag. 636. Freci de Subfeudis lib.2.§.Prima auctoritas nu.23.Minad. decis.24. Iaffred. Balb. decis.29. Cened. ad Decretal. collect.144.nu.27. Menoch. cons.28.nu.10. & nu.39. cum seq & cons.38. & cons.67. num.21. Gam.

decis.147. n.4. Flamin. de Resignat. lib.7.q.1.n.67.& num.70. P.Molin. disp.459.nu.10. Cardin. Mantic. d. lib.22.tit.28.n.18.cum seqq. Galganet.in tract.de Condit.& demonstr. p.1.cap.52.n.2. Aloys.Ricci. in collect.decis.p.3. collect.526. Cald. Pereira de Resolut.Emphyt.cap.5. nu. 84. & cap.6.à n.26.Cardoso in Praxi iudicum,& aduocat.verbo Clausula num.15. & verbo Emphyteusis num.6. post princip. P. Rebello de Obligation.Iustit.p.2.lib.13.quæst.4. num.10. D. Marta de clausulis p. 1. clausula 74 & in votis nouissim.decis.voto 196.

30 Limita decimo primo, in venditione, vel alienatione etiam cum traditione si ante litem ea de re contestatã venditor,vel alienans ab emptore rem recuperet facto distractu prioris contractus,vide Specul. in §. Nũc aliqua sit de Emphyteusi n.119. Villalob.verbo Emphyteuta nu.71. Bertran.cons.148.n.6.lib.6. Menoc. cons.322.num.51. Gam. decis.274. Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap.7.optime P.Rebello d.li.13.q.4. n.9. Et ita iudicatum vidi Portucal. Senatu anno Domini 1594. In quadam causa Emmanuelis de Castro Pinheiro, & cuiusdã sui Emphyteutæ,scriba Emmanuele Pessoa.

31 Limita decimo secundo in alienatione partis Emphyteusis, itaut Emphyteuta non à tota Emphyteusi, sed ab illa tantum parte alienata cadat in cõmissum. Vide Tiraq. de Retract.lig.§.23.glos.1.n.28. Grammat.decis.49.Menoc.cons.325. nu. 76. Crass.to.1. Cõmun.Opin.lib.4. tit.44.n.278.pag.686.vbi Bellacõb. num.332.Surd.de Alim. tit.9. q.28. nu.68.Cened. ad Decretal. collect. 144.n.36.D.Barbos.in l.Diuortio §. fin.p.2.n.41.ff.Soluto matrim.Cald. Pereira de Resolut.Emphyt. cap.5. n.58.& cap.9.n.1.7.15.& 19. P.Molin.disp.459.vers.Quando Emphyteuta partem, Martin. Monter à Cueua Arag.decis.5.à nu.74. Dom. Garsi.Mastrillo Siciliæ decis.199. n. 8. Cardin. Mantic. d. lib.22. tit.28. n.13.Stephan.Gratian. Discept.Forẽs.cap.36.à nu.18.cum seqq.Aloys. Ricci.in collect. decis. p. 4. collect. 1246. vers.Infertur sexto.Galganet. in tract. de Condit. & demonstrat. p.2.cap.5.q.23.num.3.P.Rebello de Obligat.Iustit.p.2.lib.13. q.4. nu.7. vers.Atquè Castill.quotid. lib.1. de Vsufructu cap.24. n.8.

32 Limita decimo tertio in Emphyteuta fisci,qui potest irrequisito domino Emphyteusim alienare iuxta l.fin.Cod. de Fundis patrimon. lib.11.vbi Bart.& alios, quos refert, & sequitur Gam.decis.242.n.2.Pat. Rebello d.lib.13.q 4.n.12.Valas.q.13. n.1. col.4. Pereg. de Iure fisci lib.6. tit.5.n.40.Cald.de Extinc.Emphyt. cap.2. num.9. & cap.4. num. 35. & seq. Secus in Emphyteuta Reip. vt per Valasc.quæst.48. in fine Pat. Rebello d.lib.13. quæst.5. num.2. in fine.

33 In text.ibi (*sem consentimento do senhorio*) Quid si alienatio fieret ex implicito, præsumptouè domini, nec tamen requisito,consensu? Vide P.Rebello d.lib.13.q.4. nu.11. vbi resoluit emphyteutam deberi à pœna commissi excusari.

34 Quid si venditio,vel alienatio fiat domino præsente? Vide Tiraq. de Retract.lig.§.1.glos.9.n.117. in fine & nu 152.& seq. Surd. de Alim. tit.9.q.22.n.24.

35 Quid si Emphyteuta post alienationem impetrauerit licẽtiam ad alienandum,an per hoc releuetur à commisso? Vide Afflict. in cap.Imperialem

perialem verbo 12. nota n. 17. de Prohibita alienat. per Federic. lib. 3. fol. 135. Gregor. l. 29. verbo Que le no queria vers. Et quid si facta tit. 8. part. 5. Bellacomb. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 44. tit. 44. num. 286. fol. 686. Vincent. de Franch. decis. 105. n. 1. Cald. Pereira de Nominat. q. 21. n. 88.

36 Quæstio est controuersa. Vtrũ subemphyteuta vendens alteri rem, quam emphyteuta cum consensu domini directi ei subemphyteuticauit, teneatur consensum requirere á domino directo, an ab emphyteuta? In eo conueniunt Doctores quod quando emphyteuta in subemphyteutam transtulit omne ius suæ concessionis, reseruando sibi tantum pẽsionem, tunc recurrendum est ad dominum directum, sed quando nõ omnino Emphyteuta abdicauit á se vtile dominium, recurrendum est ad Emphyteutam. Resoluunt Valasc. de Iure Emphyt. q. 13. num. 12. Flores ad Gam. decis. 26. nu. 2. & decis. 246. Menoch. cons. 338. nu. 16. & de Præsumpt. lib. 3 q. 102. n. 22. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 471. nu. 5. cum seqq. vbi etiam quod Emphyteuta potest agere contra subemphyteutam ad pœnam commissi ob non solutam pẽsionem, in alijs vero euẽtibus ad directum dominum esse recurrẽdum aperte insinuat. Ideoq; cum ordinariè Emphyteuta subemphyteuticans non abdicat à se vtile dominiũ mihi videtur in venditionibus factis à subẽphyteutis directi, & vtilis domini consensum desiderari, quod etiam tenent Flores d. decis. 26. n. 2. Menoc. d. cons. 338. n. 16. De Subemphyteutis multa Surd. decis. 288. Cassan. in consuet. Burgũd. fol. 101. 124. verso & 154 nu. 1. Valasc. de Iure Emphyt. q. 38. n. 25. Cald. Pereira de Renouat. q. 13. n. 14. & n. 36. & de Extinct. Emphyt. cap. 1. n. 16. & cap. 4. n. 36. & cap. 5.

38 In text. ibi (*querendoa vender*) Vide Cald. Pereira de Emtinct. Emphyt. cap. 13.

39 In text. ibi (*deueo primeiro notificar ao senhorio, & requerelo se a quer tãto pello tanto*) Vide Gam. decis. 116. n. 4. & decis. 127. nu. 3. Valasc. q. 29. nu. 6. Capic. decis. 99. Cacheran. decis. 156. Franc. Marc. decis. 364. Thesaur. Pedam. decis. 170. Cald. Pereira de Nominat. q. 7. nu. 7. & de Extinct. Emphyt. cap. 13. n. 16. & n. 35. P. Rebello de Obligation. Iustit. p. 2. lib. 13. q. 4. n. 2. & 3.

40 Quid si duo sint domini directi, & vnus fuit requisitus, alter non? Vide Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 36. num. 14. vbi resoluit incurri caducitatem, pro ea parte, pro qua consensus non fuit requisitus.

41 Quid si vnus vult rem, alius vero laudemium? Vide Cassan. de cõsuetud. Burgund. Rub. 10. §. 1. verbo retenue nu. 4. Gregor. l. 29. verbo Al señor tit. 8. part. 5. Tiraq. de Retract. lig. §. 23. glos. 2. n. 4. cum seqq.

43 In text. ibi (*declarandolhe o preço*) Quid si mentiatur? Vide Surd. cons. 371. num. 80. Cald. Pereira de Extinct. cap. 13. nu. 24. vbi cum Valasc. q. 8. nu. 11. resoluit quod si Emphyteuta, vt minus soluat pro laudemio, exprimat per mendacium se vendidisse tali pretio, priuatur re Emphyteutica, & vbi non constiterit de fraude poterit dominus Emphyteutæ, & emptori iuramentum deferre, vt pretium manifestent.

43 Negans se Emphyteutã priuabitur, si ex aduerso Emphyteusis probetur. Vide Duenh. reg. 325. Bernar. reg. 485. Surd. de Alim. tit. 9. q. 26. n. 71.

n.71. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. conuent. lib. 22. tit. 20. nu. 11. Cald. Pereira de Empt. cap. 33. nu. 21. Quid si neget, & ante litem contestatam pœniteat? Vide Stephan. Gratian. Discep. Forens. cap. 109. nu. 27. cum seqq. Quid si neget partem tantum? Vide Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 108 in principio, & Valasc. de Iure Emphyt. q. 8. n. 10. vbi si dicat se non habere titulum emphyteuticum, vide q. 14. num. 2. &. q. 38. num. 14.

44 In text. ibi (*& querendoa o senhorio*) Nota dominum non posse retinere Emphyteusim in fauorem tertij, imo præstandum esse iuramentum domino directo an vere, & sine fraude rem sibi vellet. Ita Cald. Pereira de Extinct. Emphyt. cap. 13. nu. 33. Vide Franc. Marc. p. 2. decis. 2. Vincent. de Franc. decis. 226. Cened. ad Decretal. collect. 144. n. 50.

7 Quæstio est controuersa. An cõmunicentur bona si per aliquem ex coniugibus stetit quominus Matrimonium consumaretur? Cõmunis resolutio est quod si per vxoris culpam steterit quò minus verè vxor cognita sit, perinde tũc quoad effectum cõmunicationis bonorum tum quoad alios in eius præiudiciũ censendum est, ac si cognita esset. Et è contrarió si per culpam mariti steterit quò minus copula consumata non fuerit, nullam cum eo videri factam bonorum communicationem, si intersit mulieri non fuisse factam, quod si intersit mulieri factam fuisse, tunc matrimonium censeri in præiudicium mariti, perinde, ac si fuisset reali copula consumatũ. Vide Surd. de Aliment. tit. 1. q. 32. nu. 19. D. Barbos. p. 2. Rub. ff. Soluto Matrim. nu. 111 & in l. 2. in princip. p. 1. num. 153. Valasc. consult. 137. nu. 8. Sed P. Rebello d.q. 1. nu. 3. hanc distinctionem non admittit, indistincte dicens in præsenti exigi copulam tanquã necessariã conditionẽ ad eam bonorũ communicationem.

8 In text. ibi (*serão meeiros*) Procedit etiãsi vnus ex illis sit minor, quia etiam inter minores coniuges locũ habet bonorum cõmunicatio, nec proinde opus erit decreto iudicis, resoluit P. Rebello d.q. 1. num. 4. in med. Vide Cald. Pereira de Empt. cap. 13. num. 18. cum seqq. Procedit etiamsi alter eorum sit ditissimus, alter pauperrimus. Vide Boer. decis. 22. nu. 31. Ant. Gom. l. 93. Tauri n. 70. Palat. in Repet. Rub. §. 62. nu. 2. & 3. Matiens. l. 2. glos. 1. num. 8. tit. 9. lib. 5. nouæ

nouæ Recopil. vbi nu. 43. quod bona constante Matrimonio quæsita cõmunicantur etiam inter coniuges absentes, & nu. 44. etiam post mortẽ alterius, donec illa in notitiam viui perueniat.

9 Quæstio est. An acquisita ex donatione & successione constãte Matrimonio communicentur inter cõiuges? Dic quod si per chartam medietatis iuxta vulgarem huius Regni consuetudinem contrahant, quæ ex donatione vel successione alteri coniugi adueniunt, cõmunicantur, non secus ac ea, quæ ex vtriuslibet coniugis opera, & industria acquiruntur Secus si matrimonium contrahatur per dotem & arrhas, quia tunc communicantur solum quæstum, vel lucra constante Matrimonio acquisita per operam & industriam vtriusque vt quæ obueniunt ex emptione, locatione, vel alia simili ratione ad lucrum ordinata. Vide Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Sua facilitate n. 14. D. Barbos. in l. 1. p. 1. nu. 35. ff. Soluto Matrimonio optime P. Rebello. d. q. 1. nu. 13. Valasc. de Partit. cap. 6. n. 10.

10 Donationes remuneratoriæ an communicentur? eas, licet quoad fructus communicentur, quoad proprietatem tamen non communicari asserit Pinel. in l. 1. C. de Bonis mat. p. 3. n. 62. & contra Xuar. Gregor. & Cou. probat D. Barbos. d. l. Si ab hostibus §. fin. nu. 69. distinguit P. Rebello d. q. 1. n. 14. & 15. inter donationes remuneratorias, quæ fiunt ob meritum, quod inducit obligationẽ iustitiæ commutatiuæ, propter opera ab altero coniugum constãte Matrimonio præstita, & inter illas, quæ fiunt ob meritũ non inducens obligationem iustitiæ commutatiuę, sed solius gratitudinis, itaut primæ cõmunicentur, secundæ vero minime.

11 Donata à Rege an sint cõmunicanda? Vide Matiens. l. 3. glos. 6. tit. 9. & l. 6. glos. 3. & 4. tit. 10. lib. 5. nouæ Recop. P. Rebello d. q. 1. n. 16. vbi resoluit esse communicanda si ob merita cõmunibus expensis procurata sint obtenta.

12 Bona Castrensia in bello quæsita á milite stipendiario an communicentur? Vide Gregor. l. 3. verbo Geralmente tit. 10. part. 5. Burg. de Paz q. 11. n. 29. Palat. in Repet. Rub. §. 62. n. 22. Matiẽs. l. 3. glos. 5. & glos. 6. nu. 9. & l. 5. glos. 3. tit. 9. lib. 5. nouæ Recopi.

13 Melioramẽta facta in bonis maioratus an communicentur? Vide Perez ad ti. 2. lib. 5. Ordinat. pag. 122 & 168. Valdes. ad Xuar. p. 2. pag. 24. D. Barbos. in l. Diuortio §. fin. part. 1. n. 112. cum seqq. ff. Soluto Matrim. Cabed. p. 2. decis. 111. nu. 5. Garci. de Coniugali acquæstu à num. 76. cum multis seqq.

14 Vsusfructus alicuius rei, vel res alia si adueniat alicui coniugi non ex aliquo adiuncto opere actu vè ipsius coniugis, sed ex causa præterita, vel ex actu alicuius tertij á quo ille est donatus nõ fit communicatio inter coniuges per dotem & arrhas contrahentes. Vide Gom. l. 53. Tauri n. 17. & 72. Valdes. ad Xuar. in l. 1. tit. de las ganancias §. Pone quod maritus in princip. lib. 3. fori. vbi plures refert Doctores. Barbos. in l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 1. num. 35. P. Rebello. d. q. 1. num. 9.

15 Vxor nequaquam lucratur lucra dotis à viro acquisita pro tempore, quo seorsum à uiro separata habitat, facto diuortio propter ipsius vxoris adulterium, aliamuè culpam ipsius, secus vero quando separata sit absq; vxoris culpa, vt cum propter viri

ter viri sæuitiam aliò se illa recepit. Vide Tiraq. de Retract. lig. §. 10. gloss. 1. num. 12. & 17. Gam. decis. 359. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 24. à nu. 16. & de Iuram. confirm. p. 1. cap. 1. nu. 61 Surd. de Alimentis tit. 8. priuil. 69. nu. 2. D. Barbos. p. 2. Rub. ff. Soluto Matrim. nu. 48. & 49. P. Rebello d. q. 1. nu. 7. Vnde mulier si ob furoris infirmitatem non cohabitet cum viro propter hoc nõ priuabitur lucris constante Matrimonio quæsitis Perez ad tit. 5. lib. 5. Ordin. pagin. 164. vers. Idem erit respondendum.

16 Dos si promissa fuerit vt soluatur certa die, putà ad quinquennium mortua vxore ante aduentum diei an lucretur vir dimidiam? Vide Boer. decis. 22. nu. 40. & 41. Syluan. cons. 2. nu. 50. Auend. ad l. 25. Tauri glos. vni. nu. 10. Viui. tom. 1. Cõmun. Opin. lib. 5. tit. 7. n. 4. pag. 720. Surd. de Alim. tit. 1. q. 42. nu. 54. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 79. Cald. Pereira de Renouat. q. 18. nu. 12. & n. 46. Valasc cons. 3. nu. 1. vers. Suffragatur D. Barbos. p. 4. Rub. ff. Soluto Matrim. n. 5.

17 Quid si maritus & vxor simul interierint & nesciatur quis prior? Vide Mench. Illustr. cap. 32. num. 15. vbi resoluit cauente statuto quod mortua vxore in Matrimonio maritus lucretur tertiam partem dotis, & ambo simul moriãtur, veluti ex naufragio, vel domus ruina præsumi pro marito, vbi etiam asserit quod si maritus & vxor simul moriantur ad validandam donationem præsumi prę mortuum donatorem, siue donans fuerit maritus siue vxor, de quo etiã latissime Menoch. de Præsumpt. lib. 6. q. 50.

18 Nota deniq; ancillam homini libero nubẽtem illius bona non cõmunicare, quod iudicatum fuisse testatur Cabed. p. 1. decis. 150. quem refert Ioan. Martins à Costa in addit. ad tract. libellorum annot 14. nu. 25.

AD §. II.

In antiq. § 2. sub tit. 47. lib. 1.

Vide quæ supra dicta sunt in §. 1. nu. 2. huius tit. circa Matrimonium putatiuũ, & quæ Valasc. consul. 180. & Cabed. p. 2. Aresto 59.

Ad tit. 47. Ordin. Regiæ.

In antiq. hoc lib 4. tit 9 in §. vltim.

Das arrhas & camera cerrada.

1 DE solutione, promissione, & significatione arrharum dotalium agunt Cou. de sponsal. p. 2. cap. 3. §. 7. à nu. 12. Xuar. tit. de las arrhas à princip. Gregor. l. 1. tit. 11. par. 5. Mozzi. de Contractib. tract de Matrim. cap. de Accidentalib. Matrim. à nu. 1. Matiens. in Rub. tit. 20. glos. 2. à nu. 6. lib. 5. nouæ Recopil. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 431. P. Sanch. de Matrim. lib. 1 disp. 35. cum seqq. & lib. 6. disp. 27. nu. 3. cum seqq. Ex nostris Lusitan. Gam. decis. 370. Emman. Soar. tom. 1. Cõmun. Opin. lib. 5. tit. 1. à nu 87. cum seqq. D. Barbos. in l. Si cum dotem §. Si pater nu. 11. ff. Soluto Matrim. Valasc. cons. 2. Cabed. p. 1. decis. 177 & 183. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 6. q. 4.

2 An minor possit arrhas promittere sine decreto? Vide Valdes ad Xuar. p. 2. pag. 37. P. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 38. nu. 37. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo contractum nu. 13. Valasc. cons. 2. n. 6. D. Barbos. ad l. Si ante numer. 12. Digestis Soluto Matrimonio. P. Rebello d. quæst. 4. numer. 15. vbi

resoluit decreto iudicis opus esse si arrhæ consistant in rebus immobilibus, vel mobilibus quæ seruando seruari possunt: Si autem consistant in rebus mobilibus,quæ seruãdo seruari nequeunt,satis esse auctoritatẽ curatoris,quod si curatorem nõ habeat,solus ipse eam facere poterit.

Ad Principium Ordinat.Reg.

1 In text.ibi (*em os contratos de seus casamentos,&c.*) Nota arrharum additionem & constitutionẽ post contractum Matrimonium factam validam esse,si fieret à viro in compensationem siue remunerationem nobilitatis,vel dotis vxoriæ,vel alterius causæ æquiualentis,& constaret remunerationem fuisse causam principalem talis donationis, & Matrimonij spem causam impulsiuam. Vide Valasc.cons.2.n.5. D.Barbos. ad l. Si ante n.10.ff. Soluto Matrim. optimè P.Rebel. de Obligat.iustit. p.2.lib.6.q.4.n.11.

2 In text. ibi (*da terça parte*) Vide Valasc.de Partit.cap.23.nu.10. Cabed.p.1. decis.177. nu.1. optimè P. Rebello d.q.4.n.4.cum seqq.

3 In text.ibi (*que a mulher trouxer*) Quid si integra dos promissa non soluatur, an arrhæ in totum an pro rata debeant solui? Vide Valasc.cõsil.3.n.5.& cons.137.n.1.Cabed.p.1. decis.177.nu.2.

4 Quid si maritus habuit fidem de dote,vel fuit in mora recipiendi, & decessit? Vide Valasc. cons.137.n. 4. D.Barbos.p.4.Rub.ff. Solut.Matrim.n.8.

5 In text.ibi (*não valera na demasia*) Vide P.Molin.de Iustit.tract.2.disp. 431.vers.In Regno autem Lusitaniç P.Rebello d.q.4.n.6.Valasc.de Partit.cap.23.nu.10.

Ad tit.48. Ordin.Regiæ.

In antiq.t. 6.

Que o marido não possa vender, nem alhear bẽes sem outorga de sua mulher.

Maritus bona immobilia sine consensu vxoris alienare nõ potest.

Vide Matiens.l.3. glos.13.tit.10. lib.5.nouæ Recopil.P.Molin. de Iustit.tract.2.disp.274. cũ seq.& disp.343.vers. De iure præterea & disp.428.& 437.vers.De iure cõmuni.Gam.decis.37.Pinel.in l.1. Cod.de Bonis mat.p.3.n.19. Valasc. cons.77.n.3.& cons.83.& 85.n.6. & cons.150.Cald.Per.ad l. Si curatorẽ verb.Cum non absimilis n.33.& nouissime de Empt.cap.8.n.6.7.12.22 & 32.D.Barbos.in l.1.p.5.Solut.Matrim.P.Rebello de Obligat.Iustit.p. 2.lib.1.q.8.á n.39.P. Valer.Reginald. in Praxi fori pœnit. lib.25. nu.158. cum multis seqq.

Ad Principium Ordinat.Reg.

1 In text.ibi(*alhear*)Amplia 1.in permutatione vel donatione,quia prohibitus vendere non potest permutare,si in vno,& in altero vigeat eadẽ prohibitionis ratio,resoluit Cald.Pereir.de Empt.cap.8.nu.26.& 27.

2 Amplia secundò in transactione,si rem immobilem demittat,resoluit Cald.Pereira de Resolut.Emphyt cap.9.nu.36.

3 Amplia tertiò in locatione ad lõgum tempus,quia prohibita venditione simpliciter, censetur etiam prohibita locatio ad longũ tempus resoluunt Pinel.in l.1.p.3.n.71.Cod. de Bonis mat. Valasc. de Iure Emphyt.q.29.num.12.Cald.Pereira de Resolut.Emphyt.cap.4.nu.45.

4 Amplia 4. in datione in solutũ cum

cum emptioni & venditioni æquiparetur. Vide Fabian. tract. de Empt. p. 3. princip. q. 21. Afflict. decis. 335 nu. 18. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. glos. 14. nu. 2. Menoch. de Arbitr. casu 171 num. 51. Viui. tom. 2. Communium Opinion. lib. 8. tit. 27. nu. 29. vers. Et quia & lib. 4. tit. 26. nu. 155. vers. Secundo Mascard. de Probat. concl. 1142. num. 14. Gutier. Pract. lib. 2. q. 157.

5 Amplia quinto in promissione de vendendo. Vide Bellacomb. tom. 2. Communium Opinion. lib. 9. tit. 34. nu. 339. pag 583. Tiraq. de Retractu. lig tit. 2. ad finé n. 30. Menoch. cons. 1 num. 230. Valasc. cons. 77. & 83. D. Barbos. in l. 1. ff. Soluto Matrimon. part. 3. num 57. Cald Pereira de Extinct. Emphyt. cap. 1. num. 36. & cap. 16. num. 84. & nouissime de Empt. cap. 8. num. 5. & cap. 13. num. 11.

6 Amplia sextò in diuisione. Gama decis. 300. num. 4. Valasc. cons. 53 num. 4. Et prohibitus vendere censetur prohibitus diuidere. Tiraq. ad leges connub. glos. 5. nu. 216.

7 Amplia septimò in distractu, cũ solemnitas quæ requiritur in contractu, eadem in distractu requiratur Tiraq. ad leges connub. glos. 5. á nu. 11. Valasc. de Iure Emphyt. q. 12. nu. 10. vers. Quo circa Mench. quæst. frequent. cap. 11. à nu. 8. & Illust. cap. 32. nu. 14. An si maritus emit rem aliquam cum pacto de retro possit postea soluto pretio sine consensu vxoris distrahere? Vide Tiraq. de Iure mar. glos. 8. nu. 185. & de Retract. lig. §. 19. glos. 2. nu. 4. & in legib. connub. glos. fin. num. 199. & 202. Flamin. de Resignat. lib. 4. q. 9. nu. 39. & lib. 5. q. 6. num. 262. Surd. de Aliment. tit. 8. priuil. 56. nu. 39. & tit. 9. q. 26. n. 123. Montan. de Tutel. cap. 33. nu. 447. Flores vari. lib. 2. q. 21. num. 22. Cald. de Empt. cap. 8. à nu. 8.

8 Amplia octauó in confessione, quam fecit maritus in præiudicium vxoris. Vide Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Cum non absimilis numer. 46. Mench. frequent. capit. 12. num. 16. & faciunt quæ Surd. decis. 102. nu 21. & decis. 326. nu. 27. Montan. de Tutelis cap. 33. nu. 495.

9 Amplia nono in compromisso. Vide Tiraq. de Iure mariti glos. 5. n. 102. & 103. Anton. Gom. tom. 2. vari. cap. 14. num. 15. Menoch. de Arbitr. casu 171. à n. 43. quamuis in alijs casibus compromittens super aliqua re non dicatur eam alienare vt per Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap. 9. nu. 31.

10 Amplia decimò in hypotheca, ex eó quia ille, qui non potest bona alienare, nec etiam ea potest hypothecare, seu obligare, iuxta l. vlt. C. de rebus alienis non alien. consentiunt Pinel in l. 1. Cod. de Bonis mat. p. 3. nu. 19. D. Barbos. in l. 1. ff. Soluto Mat p. 3 n. 39. P. Rebel. de Obligat. Iustit. p 2. lib. 6 q. 3. nu. 15.

11 Limita primò in repudiatione hereditatis vide Cabed. p. 1. decis. 109 Cald. Pereira de Empt. cap. 13. n. 10.

12 Limita secundô in electione Emphyteusis dũmodo ille vsumfructũ pro tempore vitæ suæ reseruet. Vide Cald. Pereira de Nominat. q. 18. num. 10.

13 In text. ibi (*bens de raiz*) Quæ dicantur bona immobilia vide late apud Ioseph. Ludou. tom. 3. Cõmun. Opin. concl. vni. de verborum significat. Parlad. lib. 2. rerum quotid. ca. fin. p. 5. §. 3. nu. 7. cum seqq. *Immobilia bona quæ dicantur.*

14 Amplia primo in annuis redditibus, qui inter immobilia connumerantur. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. glos. 6. numer. 4. Menoch. remed. 1.

Recop. n.45. Matiens. l.7. glos.1. á nu. 18. tit.11. lib.5. nouæ Recop. Solis de Censibus lib.1. cap.7. n.2. & lib.2. ca. 3. à n.32. & tom.2. lib.1. cap.1. n.3. Farin. decis.86. n.7. Aloys. Ricci. in collect. decis. par.3. collect.668. Guasp. Roder. de Annuis redit. lib.1. q.3. n.8. & q.14. Bernard. Greuæ. ad Practicã Cameræ Imper. lib.2. cõcl.10. in princip. Nicol. Garc. de Benefic. p.2. cap. 5. nu.95.

15 Amplia secundó in actionibus ad immobilia. Vi Simoncel. de Decretis lib.1. tit.3. Viui. Neapol. decis. 138. à nu.46. Mathi. Coleri. de Processibus execut. p.1. cap.3. à nu.236. Menoch. cons.300. n.41 & lib.4. de Præsumpt. q.142. à 16. Valasc. cons. 77 in princip. Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap.12. n.9. & 10. & de Empt. cap.13. nu.11.

16 Amplia tertio in pecunia destinata ad emptionem prædiorum. Vide Ioseph. Ludou. tom.3. Cõmun. Opinion. concl. vni. de Verborum significat. ampl.3. pag.541. Viui. tom. 2. Cõmun. Opin. lib.7. tit.1 nu.278. vers. Nec non pecuniæ destinatæ. Ceual. Cõmun. cõtra cõmun. q.312. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib.2 concl.10. cõsid.2. Cald. Pereira de Empt. cap.13. nu.32. licet contrarium sequantur Menoch. lib. 4. de Præsumpt. q.138. n.3. Thesaur. Pedam. decis.160. nu.6. Vnde pecuniam minoris comparandorũ prædiorum causa destinatam neutiquã absque decreto alienari posse tenẽt Ioseph. Ludou. Perus. decis.48. n.35. & seqq. Simoncel. de Decretis lib.3. tit.8. inspect.5. nu.122. vers. Tertius casus est Nicol. Reusner. lib.2. decis. 13. sub. num.22. Menoch. cons.114. num.32. Ioann. Aquilin. de monetis cap.6 corol.2.

17 Amplia quartô in pecunia in banchis campsornm posita, quæ cẽsetur iure rerum immobilium. Vide Tiraq. de Retract. lig. §.1. glos.7. nu. 114 Ioseph. Ludou. concl.48. nu.42. Baiard. ad Clar. §. fin. q.78. n.151. Simoncel. de Decretis lib.3. cap.8. sub nu.118. Rein. Budel. de monetis lib. 1. cap.25. num.16. Stephan. Gratian. decis.95. nu.90. licet contrarium tucantur Mantic. & Pinel. quos refert & sequitur Thesaur. d. decis.160. & Paul. Montan. de Tutel. cap.33. nu. 180.

18 An naues inter immobilia cõnumerentur? Vide Strach. de Mercatura tit. de Nauibus p.2. num.31. Tiraq. de Retract. lig. §.1. glos.7. nu. 88. Ioseph. Ludou. d. concl. vni. in princip. Menoch. Remed.1. Recup. nu.42. & 43. Valasc. de Iure Emphyt. q.12. num 9.

19 Quid de censu redemibili. Vide Matiens. l.2. glos.1. num.83. tit.9. lib.5. nouæ Recopil. Anton. Gom. de Censib. cap.3. nu.4. Nicol. Garci. d. cap.5. nu.96.

20 In text. ibi (*expresso consentimento*) Vide Valasc. cons.83. num. 3. Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. capit. 11. numer.3. & vide ad quid P. Sanch. de Matrimon. lib.3. disp. 35. numer.20. Expressus enim consensus dicitur ille qui verbis exprimitur, consensus tacitus vero qui ex factis resultat. Gonzal. ad Reg.8. Cancel. glos.47. numer.23. vbi num. 21. resoluit quod quando requiritur consensus pro forma debet esse expressus de quo Flamin. de Resignat. lib.8. quæst. 8. numer.27. & lib.9. q.17. nu.73. D. Barbos. in l.2. §. fin. num.30. ff. Soluto Matrim. *Consensus qualis debeat esse.*

21 Amplia primo quod huiusmodi cõsensus possit præstari ante vẽditionem ex eo quia sufficit cõsensus domini in ipso mandato de vendendo præstitus

præstitus, vt amplius exigi non debeat. resoluit Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap. 12. n. 30.

22 Amplia secundo vt etiam ex post facto præstari possit. Vide Pal. in Repet. Rub § 61. n. 29 Ant. Gom. l. 54. Tauri n. 6. P. Sanch. d. disp. 35. n. 18. faciũt quæ Steph. Grat. Discept. Forens. cap. 202. num. 20 cum seqq. Gonzal. ad Reg 8. Cancel. glos. 47. n. 33. & n. 34. limitat si consensus requiratur formalis & auctorizabilis, quia tunc si non concurrit in ipso actu, est actus á principio nullus, quãuis postea consensus sequatur.

23 Amplia tertiò vt etiam per nũtiũ, vel epistolã præstari possit. Vide Tiraq. de legibus connub. glos. 6. n. 20. cum seq. Gutier. de Iuram. conf. p. 1. cap 1. n. 43. Vald. ad Xuar. in l. 13. lib. 3. tit. de las deudas. nu. 32. pag. 45. Gonzal. d. glos. 47. nu. 36.

24 In text. ibi (*de sua mulher*) Quid si mulier furere incipiat? Vide D. Barbos. in l 2. §. fin. n. 25. & 26. ff. Soluto Matrim. vbi resoluit quod non potest maritus alienare immobilia, quorum vxor furiosa habet dimidiã partem, nisi causa cognita id ei per iudicem permittatur.

25 Quid si mulier recuset consẽtire? Dic quod iudex contradictionis causam diligẽter examinare debet, quam si iniustam iudicauerit suo arbitrio contrahendi potestatem cõcedet. Vide Menoch de Arbit. casu 211. à n. 6. cum seqq. Azeued. l. 4. à n. 1. tit. 3. lib. 5 nouæ Recopil. Gonzal. d. glos. 47. nu. 37.

26 Nota quod mulier post obitũ viri consentire non potest, nec suũ consensum præstare. Vide per ea quæ resoluunt Tiraq. de Iure mariti glos. 6. n. 18. Gutier. Pract. lib. 2. q. 23. D. Barbos. in l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 4. num. 95.

27 In text. ibi (*por medo, ou reuerencia*) Vtrum & quando metus reuerẽtialis in consideratione haberi debeat? & an possit rescindere vltimas voluntates, contractus, & obligationes voluntarias? Vide Afflict. decis. 69. n. 4. Gam. dec. 250. & 262. & 346 Honded. cons. 29 n. 42. & seqq. lib. 1. Molin. de Prim. lib. 2. cap. 3 n. 9. Menoch. de Arbitr. casu 136. & lib. 3 de Præsumpt. q 127. Fachin. lib. 2. Controuers. cap. 96. Garci de Nob. glos. 17. n. 19. & 34 cum seq. Gutier. cons. 16. & in Auth. Sacramẽta puberum n. 93. & de Iuram. confirm. p. 1. cap. 2 n. 15 Cald. Per. in l. Si curatorem verbo Læsi. n. 40. & de Reńouat. q. 16. n 59. Mascard. de de Probat. concl. 1054. n. 16. cum seq. Mont. à Cueua Aragoniæ decis. 33. n 29. 31. & 33. Ceual. Cõmun. contra cõmun. q. 727. à n. 21. Flamin. de Resign. lib. 13. q. 1. n. 166. P. Sanch. de Matr. lib. 4. disp. 6. P. Rebel. de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 1. q. 5 à num. 10. plures Doctores refert Castil. lib. 3. quotidian. cap. 1. nu. 147 Et quod possit rescindi ex solo metu & reuerẽtia præsumpta vide Stephan. Gratian. Discepta. Forens. ca. 108. n. 52. vel propter nimias preces mariti resoluit Azeued. l. 4. n. 9. tit. 14 lib. 1. nouæ Recop. post Palat. Cou. & Padil. quos refert Gutier. Canon. quæst. lib. 1. q. 37. nu. 17. *Metus reuerẽtialis.*

28 In text. ibi (*que possa vender, ou renunciar qualquer officio*) Intellige habita Regis licentia & authoritate vide Azeued. l. 5. à n. 1. vbi Matiẽs glos. 4. tit. 9. lib. 5. nouæ Recop. Cabed p. 2. decis. 24. Cald. Pereir. quæst. forẽs. in cõmentar. ad tit. Instit. de Inoffic. testam. in §. Sed hæc cap. 2. n. 18.

AD §. I.

1 In text. ibi (*fiadores*) Vid. D. Barb.

p 5.l.1 ff.Soluto Matrim.numer.22. & sequenti.

2 In text.ibi (*certa pena*) Ergo non debetur pœna quæ promittitur in contractu nullo. Vide Cou.in cap. Quamuis pactum p.2 §.4.numer.4 Tiraq.de Constit.p.2. limit.7.num. 28.& de Iure mariti glos.5.num 110 Gutier.in l.Nemo potest nu.400 ff. de Legatis 1.& de Iuram.confirmat. p.1.cap.36.nu.6.Pinel.in l.2.p.1.cap. 2.num.26.Cod.de Rescind.vendit. Valasc.consf.85.n.2.Cardoso in Praxi iudicum verbo Pœna nu.2.

In text ibi (*não pagara a dita pena*) Vide Rebuff. de verbor. significat. pag.611.Surd.decis.7.n.4.

AD §. II.

1 Vide Alciat.lib.2.Parerg cap 37 Tiraq ad leges connub. l.10.nu 32. Cou.lib.1.vari.cap.20.nu.1. Anton. Gom.l.55. Tauri.nu.1. Pinel.l.1.nu. 47.p.3.Cod.de Bonis mat. Donell. Comment.iuris Ciuilis lib.18.ca.11. col.2. Mathiens.l.2.glos.5.num.1.vbi Azeued.nu.105 tit.3.lib.5.nouæ Recopil.Valasc.cons.69.n 16.

2 In text.ibi (*podelosha demandar em juizo*) An possit si contractus illi sit vtilis? Vide Ias.in l.Contra iuris nu.7.ff.de Pactis Tiraq.de Iure mariti glos.8.nu.56.cum seqq.& in tractat. le mort p.7. declarat.1.num.5. Cassan.in consuetud. Burgũd. Rub. 4.§.1. verbo Ne peut faire num.25. pag.128. Pinel.in l.1. Cod.de Bonis mat.p.3.nu.30.& 32. Menoch.cons. 153 nu.32. & 33. Surd.de Aliment. tit 8. priuil.56.nu.63.cum seqq. Gutier.Practic.lib.2.q.22.nu.11.& q.28. Cald.Pereira in l.Si curatorem verbo Cum non absimilis nu.72.Quid si opponatur à parte contrahente statim, an valeat contractus etiam vtilis vxori sine licentia mariti celebratus. Vide Cassan.d.§.1.num.27. Anton.Gom. l. 54. Tauri num. 2. Ioseph.Ludou.Perus.decis.45.Mieres de Maioratu p.4.q.1. limit.1.nu. 2.& limit.4.nu.2.Molin.de Primog. lib.4.cap.4. Mathiens.l.1. glos.3.nu.6. & l.2.glos.1.num.16.tit.3.lib.5.nouę Recop.

3 Quid si mulier velit acquiscere alienationi? Dic quod potest,& vide Abb.in cap.Causam el 1.n.11. & ibi addit. lit. A. & B. de Iudic. vbi Felin.nu.8.& in cap.Edoceri nu.7. & 8.de Rescript.Menoch.cons.153. nu.28 cum seqq. Nullitas enim ab eo solum allegari potest in cuius fauorem actus nullus est. Vide Surd. decis.179. num.17.& 18.Flamin. de Resignat.lib.3.q.4. nu.3 cum seqq. faciunt quæ Stephan.Gratian. Disceptat.Forens.cap.4 nu.19.Et quod mulier etiam hæres mariti potest impugnare venditionem ab eo factam absque suo consensu iudicatum fuit in Senatu Supplicationis anno Domini 1569. in causa Guasp.Vaz Rebello contra Antonium Mourado, scriba Antonio Dazeuedo.

4 An maritus alienans sine vxore possit sine ea alienationem à se factam impugnare? Dic quod sic. Vide Cald Pereira de Empt. cap.26. nu.17.D.Barbos.in l.1.ff.Soluto Matrim.p.5.num.17.& 19.Surd.de Alimentis tit.7.q.38.num.8.Gutier.de Iuram.confirm.p.1.cap.1.à n.95.

5 In text.ibi (*auendo authoridade do marido*) Quid si agat contra eum an eius auctoritas requiratur? Vide Gutier. de Iuram. confirmatorio p. 1.cap.1.à nu.46.

6 In text.ibi (*& não lhe querendo o marido, &c.*) Vide Hipol.in l.1.§. Pręterea num.128.ff.de Quæstion. Menoch.cons.58.nu.19.Cassan.in consuetud.

suetud. Burgund. Rub. 4. §. 1. verbo Sans licenec num. 8.

AD §. III.

1 Vide Tiraq. in tract. le mort. p. 7. declarat. 1. nu. 5. & 11. Pereg. de Iure fisci lib. 4. tit. 6. nu. 30. Cald. Pereira de Renouat. q. 16. nu. 32. Gam. decis. 346. nu. 4. Valasc consult. 69. nu 14. D. Barbos. in l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 5. nu. 46. & in l. Diuortio §. final. par. 1. numer. 98.

2 In text. ibi (*auendo consentimento de sua mulher*) Vide Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Cum nõ absimilis á num. 63. D. Barbos. ad l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 5. nu. 9.

3 In text. ibi (*dos herdeiros da mulher*) Vide Gam. decis. 43. ad finem.

4 In text. ibi (*porque nelles està approuar o contrato se quizerem*) Vide quę Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 100 nu 6. cum seqq.

5 Quid si mulier contrahat sine marito? Vide Laram in §. Si quis ex his nu. 246. cum seqq. D. Barbos in l. Si longius §. Filiusfam. nu. 48. ff. de Iudicijs.

6 Nota primo quod valet, contractus ab vxore sine marito celebratus si posita sit alicui officio, putà mercantiæ, vel tabernæ, eo sciente & patiente, resoluunt Anton. Gom. l. 53. Tauri. nu. 10. Ceuall. Communium contra commun. q. 805. nu. 41.

7 Nota secundò posse se obligare pro redimendo viro á carceribus, resoluit Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 108. n. 8. & 11. cum seqq.

8 Nota tertiò posse agere & contrahere sine licentia mariti, si maritus fuerit absens, & absentia sit diu duratura. Vide D. Barbos. in l. Si longius §. Filius fam. à nu. 46. cum seqq. de Iudic.

AD §. IIII.

1 Vide Gam. decis. 227. numer. 3. Azeued. l. 6. nu. 17. tit. 2. lib. 1. nouæ Recopilat Gutier. Practic. lib. 3. cap. 8 nu. 20. Valasc. consl. 83 num. 6 D. Barbos. ad l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 5. nu. 35. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Hunc contractum nu. 10. & de Emptione cap. 10 nu. 7.

2 In text. ibi (*foi conuertido*) Non tamen præsumitur conuersum in vtilitatem vxoris nisi probetur, per ea quæ D. Barbos. d. p. 5. num. 38. Valasc. cons. 83. num. 7.

AD §. V.

1 Vide D. Barbos. in l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 5 nu. 28 vers. Sed his non obstantibus & nu. 38. ad finem. *Quid si nesciat venditorem esse vxoratum.*

2 In text. ibi (*porem se esse comprador não soube &c.*) Vide D Barbos. d. p. 5. á num 38. ad finem. Valasc. consult. 83 num. 25.

3 In text. ibi (*por a malicia*) Vide ad qnid D. Barbos. d. p. 5. nu. 23.

AD §. VI.

1 Vide Gam. decis. 223. Valasc. cõsult. 83. nu. 11. cum seqq. & cons. 150. ad finem Fachin. Controuers. lib. 2. cap. 39. P. Molin. de Iustit tractat. 2. disput. 468. vers. Quando. D. Barbosa in l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 5. nu. 22. 27. 28. 31. & 37. *Quid si emptor sciuit vel scire debuit venditorem esse vxoratum, & non requisiuit vxoris cõsensum.*

2 In text. ibi (*os fruitos*) Vide Valasc. consult. 83. nu. 14. Cald. Pereira de Empt. cap. 27. nu. 69. Qui fructus decernuntur in hoc per vxoris iuramentum D. Barbos. d. p 5. num. 27. ad finem.

3 In text. ibi (*tirados os fruitos*) Vide Valasc. cons. 83. num. 14. D. Barbos.

in l.Fructus à n.13.ff. Soluto Matri.

AD §. VII.

1 Vide Valasc.cōs.83.á n.17.Barbos.in l.Diuortio §.fin. p.1. à nu.58. ff.Soluto Matrim. Cald.Pereira de Empt.cap.27. num.4.conciliatur l. Domum Cod.de Rei vendicat.cum Ordinat.in præsenti per P. Rebello de Obligat.Iustit.p.2.lib.7.q.2.nu.8 itaut d.l.Domum procedat de possessore sine titulo,idest de prædone, qui expensas vtiles regulariter non deducit,at vero Ordinat.in præsenti procedit in malæ fidei possessore cum titulo, & nil mirum si vtiles expensas deducat,cum illi plus cōcedendum videatur, quam alteri possessori sine titulo.

2 In text.ibi (*sera obrigado compensar*) Vide Gam.decis.310.nu.7. Valasc.cons.83.n.14.cum seqq. D.Barbos.in l.Diuortio §.fin.p.1. num.43. 49.& 88.

In antiq. §.9.

AD § VIII.

In text.ibi (*bēes emprazados*) Vide Gam.decis.257.nu.2.Valasc.de Iure Emphyteut.q.29.nu.6.& 7.

In text. ibi (*dez annos*)Vide Cald. Pereira de Extinct.Emphyt.cap.1.à numer.23.

In antiq t. in §.4. ultim.

Ad tit.49. Ordin.Regiæ.

Que nenhum official de justiça, ou fazenda receba deposito,&c.

Ad Principium Ordinat.Reg.

VIde apud Hispanos l.13.tit.10. & l.2.tit.21.lib.2.nouæ Recopilat. Tiraq.de Retract.conuent.§.4. glos.7.in princip. P.Molin.de Iustit.tract.2.disp.525 nu.5.

In text.ibi (*homem bom*) Ergo depositarius debet esse vir bonus;hoc est,homē abonado. Vide apud Hispanos l.13.tit.9.& l.22.tit.1.lib.3 nouæ Recopilat. P.Molin.d.disp.525. numer.6.

Ad tit.50. Ordinat.Regiæ.

Do emprestido que se chama Mutuo.

DE Mutuo agitur in Iure Ciuili in tit. Cod.de Rebus creditis, & apud Hispanos l. 1. & 2. tit.1 part.5.Vide Conan.lib.7.comment.cap.1.Carond.lib.3. verisimil. cap.13,Cou.in Reg. Peccatum p.3. n.12. Alphan.collect.390. P.Molin. de Iustit.tract.2.disp.299.Ioan.Martins à Costa in addit.ad tract.libellorum Caminhæ annot.10.P.Azor. Institut.Moral.p.3.lib.7.de Mutuo. P.Valeri.Reginald.in Praxi fori pœnit.lib.25.tract.2. á nu.164. Mozzi. de Cōtract.tract.de Mutuo. Guasp. Roder.de Annuis Redit.lib.1.q.4. á nu.3. vbi de definitione ac substantialibus Mutui.

AD §.I.

1 Desumitur ex l. Quod te mihi ff.si certum petatur vide D. Barbos. in l.de diuisione & in l. Si mora.ff. Soluto Matrim.Ioan.Martins á Costa in addit.ad tractat.libellor.annotat.10.num.3.

2 In text.ibi (*dez dias*) Desumitur ex l. Promissor ff.de Constituta pecun.Vide Gregor. in l.2.glos.antepenultim.titul.1.part.5. P.Molin.de Iustit.tract.2.disp.299.versic.Quando.

Ad §.

AD §. II.

1 Desumitur hic §. cum seq. ex tit. ff. & Cod. Ad Macedon. & ex §. Illud proprie Instit. Quod cum eo qui in aliena potest. Concordat apud Hispan. l. 4. 5. & 6. tit. 1. part. 5. & l. 22. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil. Vide Mozz. de Contract. tractat. de Mutuo tit. Quomodo deficiat seu quomodo resoluatur à nu. 14. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 301. Cardin. Mantic. de Tacitis & ambig. conuent. lib. 8. tit. 7. P. Rebello de Obligat. Iustit p. 2. lib. 8. q. 2. sect. 2. à nu. 12. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib 7. cap. 3. q. 4. cum seqq. Ceuall. Communium contra commun. q. 776.

2 Nota primo quod filiusfamili. princeps non vtitur Macedoniano secundum Conan. lib. 1. Cõmentar. cap. 16. nu. 8. col. 2.

3 Nota secundò quod, etiamsi filiusfam. minor renunciauerit Macedoniano cum iuramento, non tenetur ex mutuo. Vide Mench. lib. 3. de Successs. creat p. 1. §. 28. nu. 51. Villalob. in suo ærario Commun. Opin. lit. I. nu. 200. Azeued. d. l 22. num. 6. vbi Matiens. glos. 8. nu 8 Mozzi. d. tit. Quomodo deficiat seu quomodo resoluatur à nu. 15. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 43 n. 5 Ceual. d. q. 776. Card. Mantic. d. tit. 7. n. 42 P. Azori. d. cap. 3. q. [illegible] quorum aliqui præcipue posteriores dicunt quod propter metum periurij potest filius famil. soluere, & postea condicere argum. textus in cap. Debitores de Iureiur. sed hoc transeat attento iure cõmuni, cum attento iure huius Regni caueatur ne vllus contractus fiat in quo interponatur iuramentũ, vt suo loco dicemus.

4 Nota tertiò filiumfam. si hac exceptione vtatur peccare mortaliter, ex hac tamen lege & illa Hispanorum nouæ Recopil. colligi potest illum in foro animæ non obligari, ex eo quia deficit obligatio ciuilis & naturalis, vt optime post Matiens. & Gutier. considerat Ceuall. d. q. 776. nu 18. Vide tamen P. Molin. disp. 301 vers. Habet vero. aliàs nu. 2. Cardin. Mantic. d. tit. 7. nu. 33.

5 Nota quartò quod etiamsi filius fam. minor similiter minori 25. annis mutuam pecuniam dederit potest vti hac exceptione, ex eo quia melior est conditio possidentis, nisi is, qui accepit locupletior ex hoc inueniatur tempore litis contestatæ. Vide Cardin. Mantic. d. tit. 7. nu. 26. Stephan. Gratian. decis. 196. nu. 20.

6 In text. ibi (*posto que os ditos filhos*) Desumitur ex l. 1. §. Si pendeat vers. Certè ff. Ad Macedon. Vide P. Molin. d. disp. 301. vers. Priuilegium, aliás nu. 3.

7 In text. ibi (*aos fiadores*) Desumitur ex l. Sed si pater §. Non solum ff. Ad Macedon. Vide P. Molin. d. disp. 301. vers. Præterea aliàs n. 4.

AD §. III.

Desumitur ex l. Sed Iulianus aliàs Item filiusfam. §. Quanquam versic. Interdum ff. Ad Maced. Concordat apud Hispanos l. 7. vbi glos. 2. tit. 1 p. 6. Vide Strach. de Mercat. p. 3. in fine Cardin. Mantic. de Tacitis & ambig. conuent. lib 8 tit 7. nu 19. P. Molin. de Instit tract. 2. disput. 301. vers. Decimus P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 8. q. 2. n. 15. in fine.

Filiusfam. mercator non iuuatur Macedo.

AD §. IIII.

Desumitur ex l. Sed Iulianus aliàs l. Item filiusfam. §. Proinde versic. Quod

Filiusfam. causa studij vel legationis absẽs nõ iuuatur

Maced. modo debitam moderationem non excesserit.

Quod dicitur ff. Ad Macedon. Cōcordant apud Hispanos l. 6 tit. 1. par. 5. & l. 4. tit. 7. lib. 1. Ordinam. Vide Duenh. reg. 370. Menoch. lib. 3. de Præsumpt. q. 68. Gutier. in Auth. Sacramenta puberum nu. 71. & 72. Pinel. in l. 1. Cod. de Bonis mat. p. 1. nu. 55. Cardin. Mantic. de Tacitis & ambiguis conuent. lib. 8. tit. 7. nu. 22. & tit. 15. nu. 18. & 19. Stephan. Gratian. Disceptat. Forens. cap. 60. nu. 25. & cap. 107. num. 23. P. Molin. de Iustit. tractat. 2. disput. 301. vers. Octauus P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 7. q. 6. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 8. q. 2. n. 13. qui etiam resoluunt procedere etiamsi mutuum fiat inuito patre, vel huiusmodi filius scholaris patre inuito det operam litteris, quia mutuum potest á patre repeti vsq; ad eam quantitatem, quam æquum erat patrem illi subministrare, attentis patris facultatibus ad arbitrium prudentis, & allegant Rebuff. de priuileg. scholast. priuileg. 58.

Miles filius famil. non iuuatur Macedo.

In text. ibi (*soldado*) Desumitur ex l. vlt. §. Si autem miles Cod. Ad Maced. Vide P. Molin. disput. 301. vers. Tertius Cardin. Mantic. d. lib. 8. tit. 7. nu. 18. P. Rebello d. q. 2. n. 14. vers. Septimo & nu. 15. in fine.

In text. ibi (*sera o pay obrigado*) Mortuo autem patre dic soluendas esse huiusmodi expensas è communi aceruo. Vide Stephan. Gratian. d. cap. 60. num. 24.

In antiq. t. 47.

Ad tit. 51. Ordin. Regiæ.

Do que confessa ter recebido algũa cousa, & despois a nega.

Desumitur ex tit. Cod. de Non numerata pecunia vbi Sichard. Cuiac. & Donell. optime scripsere. Vide Gregor. Lopez l. 5. tit. 1. part. 5. Cou. lib. 1. Vari. cap. 7. Ant. Gom. tom. 2. vari. cap. 6. ad fin. Conan. lib. 2. commentar. cap. 6. á n. 10. Duenh. reg. 260. Afflict. decis. 110 Rebuff. tom. 1. ad leges Galliç pagin. mihi 208. Kirchou. Viui. Soar. & alios tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. tit. 20. pag. 594. Parlad. quotid. cap. vlt. § 5. lib. 2. Gutier. de Iuram. confirmat. p. 1. cap. 37. Mascard. de Probat. concl. 1111. nu. 31. Petr. Gregor. Syntagm. p. 3. lib. 24. cap. 13. Valasc. de Iure Emphyt. q. 7. á n. 25. Fachin. Controuers. lib. 8. cap. 81. P. Molin. de Iustit. tractat. 2. disp. 302. Cardin. Mantic. de Tacitis & ambig. conuēt. tom. 2. lib. 18. Dom. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges Styli l. 184. Aloys. Ricci. in collect. decis. part 2. collect. 250. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 165.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 In text. ibi (*atè sesenta dias*) De iure communi erat biennium vt in l. In contractibus Cod. hoc tit. Vide Cost. in repet. l. Si ex cautione in cap. Secundū habet in princip. pag. mihi 19. Cald. Pereira quæst. Forens. lib. 1. q. 22. num. 23. Ioann. Martins à Costa in addit. ad tractat. libellorum annot. 10. num. 8. Gregor. l. 9. tit. 5. part. 5.

2 Limita primò de iure Canonico quia hæc exceptio etiam post sexaginta dies attenta hac Ordinat. & biennium attento iure cōmuni potest opponi, vide Hippol. sing. 463. Duenh. reg. 261. limit. 2. & seq. Soar. tom. 1. Commun. Opin. lib. 1. tit. 1 de Sacros. Eccles. nu. 81. pag. 153. & lib. 4. tit. 20. nu. 11. pag. 594. vbi Vezin. n. 27. pag. 596. Mascard. de Probat. cōclus. 316. n. 32. Menoch. cons. 67. n. 9

Mench

Mench. de successs. creat. lib. 1. §. 9. n. 22. Cald. Pereira d. q. 22. num. 23. D. Marta de Iurisdict. p. 4 casu 161. n. 3. Stephan. Gratian. decis. 165. Ceuall. Communium contra commun. q. 38 qui duo posteriores contrariam opinionem sequuntur, & practicandam asserunt, cum de Iure Canonico, aliam dispositionem contra ciuilem non habeamus.

3 Limita secundò in Ecclesia, quæ potest perpetuo tempore hanc exceptionem oponere. Vide Felin. in cap. de quarta ad fin. de Præscript. Ias. in l Cum quis n. 17. Cod. de Iuris & facti ignor. & in l. Qui pecuniam n. 8. ff. Si certum petatur. Duenh. reg. 261. vers. Limita 1. Valasc. de Iure Emphyt. q. 7. nu. 25. ad fin. late D. Mart. de Iurisdict. p. 4. casu 161. n. 3.

4 Limita tertiò in clerico. Vide Gregor. l. 9. verbo Bien ansi tit. 1. part. 5. Menoch cons. 47. nu. 9. Cost. in Repet. l. Si ex cautione differēt. 6 num. 8. pag. 224. Cardin. Mantic. de Tacitis & ambig. conuent. lib. 18. tit. 6. num. 24.

5 Limita quartò in exceptione doli. Vide Suar. tom. 2. Cōmun. Opin. lib. 8. tit. 20. de Except. numer. 166. pag. 256.

6 Limita quintò in minore, cui aduersus lapsum 60. dierum, vel biennij datur restitutio. Vide Cost. in Repet. l. Si ex cautione fol. mihi 194. cum seqq. Menoch. cons. 47. n. 11. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Sua facilitate nu. 94.

7 Limita sextò in confessione facta viua voce. Vide addit. Abb. in cap. Cum contingat. nu. 14. lit. B. de Iureiur.

8 Limita septimò in administratore fisci vel nummeclario, qui aduersus confessionē suam de recepto non potest obijcere exceptionem nō numeratæ pecuniæ. Ita per l. fin. Cod. de Apochis publi. lib. 10. tenet Menoch. cons. 39. n. 60. & 61.

9 Limita octauò in tertio qui perpetuó potest allegare. Vide Gom. tom. 1. vari. cap. 12. n. 81 & l. 50. Tauri num. 52. Auend. ad cap. 29. Prætor nu. 12. lib. 2. Azeued. l. 1. nu. 90. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop.

10 An procedat inter mercatores? Vide addit. ad Marant. 1. p. 6. principal. memb. 9 nu. 35. pag 318. & num. 53. pag. 356. Mascard. de Probat. cōclus. 361. nu 40. & vide quid concl. 1236. nu. 10.

11 In text. ibi (*tal renunciação seja nenhũa*) Vide glos. verbo Probare in l. Si ex cautione Cod. hoc tit. Duenh. reg. 260. vers. Amplia 4. Mench. de Successs. creat. lib. 1. § 10. nu. 22. vers. Contrariam sentētiam Mascard. de Probat concl. 1112. nu. 2. D. Barbos. in l. 1 ff. Soluto Matrim. p. 6. nu. 27. P. Molin. disp. 302. vers. Vtrum si mutuatarius aliàs nu. 3. Valasc. cons. 5. n. 12 & 13. D. Mart. de Iurisdict. part. 4. cent. 2. casu 161. nu. vlt.

12 In text. ibi (*percão os officios*) Vide P. Molin. d. disp. 302. vers. Vtrum aliás num. 3. in medio. Valasc. cons. 5. num. 13.

AD §. I.

Vide Emman. Acosta in Repet. l. Si ex cautione cap. Seu doli cum seq. P Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 302. vers. Quando mutuatarius aliás num. 4.

AD §. II.

Desumitur ex l. In contractibus §. In omni. & ex glos. verbo Querimoniam in l. Si intra Cod. hoc tit. Vide Emman. Cost. in l. Si ex cautione vers. Quarto fallit. num. 4. P. Molin.

Molin.de Iustit.tract.2.disp.302 ver sic. In Lusitanis aliàs n.6.D.Barbos. in l.Hæres absens §.Proinde nu.16. ff. de Iudicijs Menoch. cons. 47. num.10.

AD §. III.

1 Desumitur ex l. Si intra 8. Cod. hoc tit. Vide Acosta in Repet.l.Si ex cautione cap. Hoc autem biennij tempus num.4.cum seqq.fol.198.& 199. P.Molin.de Iustit.tract.2.disp. 302.vers Si debitor.aliàs nu.7.

2 In text.ibi *(posto que menores sejão)* Vide Flores vari. lib.1.q.5.nu.15. Cardin.Mantic de Tacitis & ambiguis conuent.lib.18.tit.2. nu.8.9.& 27. Cald.Pereira in l. Si curatorem verbo Sua facilitate nu.94. Acosta in Repet. d.l. Si ex cautione pagin. mihi 199.nu.6.vbi resoluit hanc Ordin. procedere quãdo tempus illud fuit lapsum viuente defuncto, secus autem si cõsumatum esset aduersus ipsum pupillum, vel probabiliter ignorauit defuncti confessionem.

AD §. IIII.

Desumitur ex l. Cum fidem Cod. hoc tit. Vide Acosta in Repet.l. Si ex cautione vers.Septimo fallit.Rebuff.tom.1. ad leges Galliæ tract.de chirographis recognitis pag.133. n. 57. Bellacomb. tom. 2. Commun. Opinion.lib.8. tit.27. de Solution. nu.66 pag.395.D Barbos. in l.1.p.6. nu.58.ff. Soluto Matrim. Mascard. de Probat.concl.347.nu.52.& concl.1255.nu.37.

AD §. V.

Desumitur ex l. Aduersus Cod.hoc tit. Vide Anton.Gom. tom.2.vari. cap.6.nu.4. Acosta in Repet.l.Si ex cautione in cap.Secundo ex eisdem verbis & in cap. Tertio fallit nu.1. Rebuff tom.1.ad leges Galliæ tract. de chirographis recognitis artic.2. nu.54.cum seqq.pag.132. P.Molin. de Iustitia tract.2.disp.302. versicul. Quando debitor,aliàs nu.9.

AD §. VI.

Vide Duenh. reg.261.vers. Amplia 1.Gam.decis.336.n.6. Ceuall.Communium contra commun.q.38.nu. 7.D.Barbos.in l.1.ff.Soluto Matrim. p.6.nu.36. P.Molin. de Iustit.tract. 2.disp 302.vers.Eadem Lusitana lege. Ioann.Martins à Costa in addit. ad tract. libellorum annot.10.nu.9. Cald.Pereira quæst.Forens. lib.1.q. 22.num.23.

AD §. VII.

Negatiua in hac materia quibus modis probari posit? Vide Acosta in Repet.l. Si ex cautione §.Sed quum placeat pagin. mihi 181. cum seqq.

Ad tit. 52. Ordinat. Regiæ.

In antiq.t. 46.sub §. vltim.

Do que confessa o que lhe he deixado em seu juramento com algũa qualidade.

VIde Menoch.de Arbit.casu 93. à nu.14.& nu.25. & cons.320. num.23. Mascard.de Probat. cons.952.nu.19.Cabed.p.1.decis.34. nu.2.Surd.decis.258. Auiles ad cap. Prætor. fol.28.nu.30. Cald.Pereira de Empt.cap.19.n.28.& 33.

Nota quod deferẽs iuramentum videtur tacite confiteri illud quod

pars

pars iurauerit. Vide Mascard. concl. 955. nu. 3. & concl. 148. nu. 7. an possit pœnitere.

Nota quod ille, qui alienare non potest, nec iuramentum deferre. Vide Cald. Pereira de Resolut. Emphyt. cap. 9. nu. 37.

Ad tit. 53. Ordinat. Regiæ.

Do contrato do emprestido, que se chama Commodato.

DE Cõmodato agitur in Iure Ciuili lib. 13. Digest. tit. 6. Cõmodati. & lib. 4. Cod. tit. 23. de Cõmodato. Et in Iure Canonico lib. 3. Decretalium tit. 15. de Cõmodato. Agitur etiam apud Hispanos l. 1. & seq. tit. 2. par. 5. Et præter eorũ iuriũ interpretes late agunt Cou. l. 3. Vari. cap. 15. Anton. Gom tom. 2. vari. ca. 7. Conan. lib. 7. cõment. cap. 3. Bellon. lib. 1. Supput. cap. 6. Bellacomb. Soar. & alij tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. tit. 13. Mozzi. de Contract. tractat. de Cõmodato P. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 294. vsq; ad 298. Soar. de Paz tom. 3. cap. 6. n. 9. Card. Mantic. de Tacitis & ambig. conuent. tomo 1. lib. 9. tit. 1. cũ seq. Ioan. Martins à Costa in addit. ad tract. libel. ãnot. 11. Cardoso in Praxi iudicum verbo Cõmodatũ. P. Rebel. de Oblig. Iust. p. 2. lib. 16. q. vni. de Commodato. P. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnitent. tom. 2. lib. 25. tract. 6. à nu. 468. cum seqq. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 7. de Commodato.

Ad Principium Ordinat. Reg.

1 In text. ibi (*o Commodato he, &c.*) Hęc est definitio Commodati, quæ desumitur ex §. Item is Inst. Quibus modis re contrahitur, & ex cap. vni. iuncta glos. 1. de Commodato, quã omnes supra citati in Rub. huius tit. late explicant, vide etiam Ias. in l. 1. §. Mutuum nu. 6. ff. Si certum petatur & in §. Sequens à n. 19. Instit. de Actionib. Rebuff. in tract. Exceptionũ nu. 815. cum seqq.

2 In text. ibi (*certo vso*) Desumitur ex l. Si vt certo §. Sed interdum & ex l. In Commodato §. Sicut ff. hoc tit. Vide Cardin. Mantic. de Tacitis & ambig. conuent. lib. 9. tit. 3. n. 1. P. Valeri. Reginald. d. lib. 25. n. 468.

AD §. I.

1 Desumitur ex §. Item is Instit. Quibus modis re contrahitur. Vide Gregor. l. 2. tit. 2. par. 5. Anton. Gom. tom. 2. cap. 7. num. 1. Ioan. Martins à Costa in addit. ad tract. libell. annot. 11. nu. 2. Cardin. Mantic. de Tacitis & ambig. conuent. lib. 9. tit. 1. n. 1. *Commodatũ differt à Mutuo.*

2 In quo differat Commodatum à precario. Vide Cou. lib. 3. vari. cap. 15. nu. 7. Rebuff. in tract. Except. nu. 820. Cardin. Mantic. d. lib. 9. tit. 1. n. 15. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 16. q. vni. de Commodato nu. 9. P. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnitent lib. 25. tract. 6. nu. 470. *Differt à precario.*

3 In text. ibi (*moedas d'ouro*) Desumitur ex l. 3. §. vlt. & ex l. 4. ff. hoc tit. Vide Acosta in Repet. l. Si ex cautione vers. Secundo fallit nu. 3. P. Molin. de Iustit. tractat. 2. disp. 294. vers. Materia, aliàs num. 3. disp. 295. in princip.

AD §. II.

Desumitur ex §. Item is vers. At is Instit. Quibus modis re contrahitur & ex cap. Vni. ibi, etiã de leuissima, de Commodato. Vide Sot. de Iustit. *Commodatarius tenetur de leuissima culpa*

K lib. 4.

lib.4.q 7.art.2.Perez tit.7.lib.5 Ordin.pag 209.cum seq.Rebuff.in tractat.Except.n.843.cum seq.Mench Illustri.cap.28.nu.19. Fr.Beiã Responsí casuum conscientiæ p.2. casu 20.fol.mihi 219. P.Henriq.p.2.Sũmæ pag.1320.Cardoso in Praxi iudicum verbo Cõmodatarius nu. 13. Ioan.Martins à Costa in addit.ad tractat libell.annot.11.n.3.Cardin.Mãtic.de Tacitis & ambig.conuent.lib 9.tit.2.à nu.1. Sayr. in Claui Regia lib.10.tract.3 cap.1.nu 10.cum seqq. P.Molin.de Iustit.tract.2.disp.295. P.Paul.Comitol.Responsor.Moral. lib.1.q.42.n.3 P.Azori.Instit.Moral. p.3.lib.7.de Commodato cap 7. P. Valeri.Reginald.in Praxi fori pœnitent.lib.25.tract.6.nu.474.

AD §. III.

Commodatarius non tenetur de casu fortuito nisi concurrat eius culpa.

1 Desumitur ex l. Si vt certo §. Nunc videndũ.ff.Cõmodati:& ex l. 1.C.eodem: & ex cap.vni.eod tit.Vide Gregor.l.3.tit.2.par.5.Ant.Gom. tom.2.Vari.cap.3.nu 18.Pinell.in l. 2.Cod.de Rescind.vendit.p.1.cap.3 á nu.26. Ioann.Martins à Costa in addit.ad tract.libellorũ annot.11.nu. 4.Cardin.Mantic.de Tacitis & ambig.conuent.lib.5.tit.8.num.10.Cardoso in Praxi iudicum verbo Commodatum nu.16. P.Molin.de Iustit. tract.2.disp.295.vers.De casu fortuito.P.Rebello de Obligat Iustit.p.2. lib.16.q.Vni.de Commodato á nu. 1. P.Valeri.Reginald.in Praxi fori pœnitent.lib.25 tract.6.nu.475.

2 In text.ibi (*por caso fortuito*) Bellum annumeratur inter casus fortuitos.Vide Flamin.de Resignat.lib.11. q.13.nu.55.

3 Incendium dicitur casus fortuitus. Vide Gregor.l.3. verbo Fuego tit.2. part.5. Menoch.de Arbitra. casu 390.nu.3. cum seqq. & lib.1.de Præsumpt.q.59.nu.3.& cons.53 n.1. Ioseph.Ludou.Perus.decis.10.n.15. & decis.25. Mexi.in tract.tassæ panis concl.6.nu.115.Gutier.Pract.lib. 1.q.29.nu.6. Surd.decis.198.num.5. Mascard.de Probat. concl.467.nu. 5.& concl.892.nu.8.Pradil.in Summa legum pœnal.p.1.cap.23.á nu.1. plures Doctores refert Cened. ad Decretal.collect.40. numer.1. cum sequentibus.

4 Pestis annumeratur inter casus fortuitos.Vide Flamin.de Resignat.lib.11.q.13.nu.63.

5 Furtum dicitur casus fortuitus, quando á domesticis domus,putà á famulo, á filia, vel ab vxore fuit cõmissum, vel quando res fuit recondita in loco forti,aliàs bene tuto, in quo cõsueuit ille reponere propria pretiotiora. Vide Gregor.l.3.verbo Furtasse tit.2.part.5. Menoch.cons. 353.nu.8 cum seqq.& lib.6.de Præsumpt.q.61.à nu.34.

6 Factum Principis non speratũ etiam dicitur casus fortuitus. Vide Cabed.p.2.decis.114.nu.5.

7 In text.ibi (*perair a hũa certa romaria, & fosse a guerra*) Nota quod ille qui equum acommodatum vsq; ad aliquem destinatum locum longius gestauerit, vel equitauerit furtũ cõmittit,§.Furtum autem Instit. de Obligat.quæ ex delicto.Vide Cãter. Vari.quæst.crimin. cap.8. Rub. de Furtis nu.3.vers & quãdo aliquis. Menoch.de Arbitr.casu 398.num.1. Petr.Gregor.Syntagm. iuris lib.37. cap.1.n.8.Cardin.Tusch.verbo Furtum concl.553.num.10. Farinac.de Furtis q.169.num.6.

AD §. IIII.

Desumitur ex §.Furtũ autẽ Instit. de Obli-

de Oblig. quæ ex delicto. Vide Cou. Pract. lib. 3. cap. 15. nu. 8. Gregor. l. 20 tit. 13. part. 5. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 295. vers. Illud præterea aliás nu. 6.

AD §. V. & vltim.

Desumitur ex l. Eum qui §. vlti. & ex l. Si vt certo §. Si me rogaueris ff. Commodati. Vide Anton. Gom. tom. 2. Vari. cap. 7. nu. 3 P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 296. vers. Secundum dubium. aliàs nu. 8.

In antiq. t. 59. Concordāt in §. 5.

Ad tit. 54. Ordin. Regiæ.

Do que não entrega a cousa emprestada, ou alugada, &c.

Vide apud Hispanos l. 12. tit. 10. part. 7. vbi glos. 2. Marant. de Ordine iudic. p. 4. dist 7. nu. 44. Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 1. de Acquirenda possess. n. 291. pag. 216. Menoch remed. 11. recup. Valasc. cons. 195. Vasconsel. de Cabed lib. 2. diuers. argum. cap 7. nu. 11 P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 498. in princip. Cald. Pereira lib. 1. quæst. Forens. q. 14. nu. 3.

Ad Principium Ordinat. Reg.

In text. ibi *(estimação)* Vide Menoch. remed. 11. Recuper. nu. 23. D. Barbos. in l. Si alienam nu. 31. vers. Nec existimes ff. Soluto Matrimon. cum quo intellige pœnam æstimationis de qua in præsenti habere tantum locum quando locator egerit remedio possessorio de quo in l. Si quis conductionis Cod. Locati pro recuperanda re, non ita si actionē personalem ex contractu locationis, vel realem intentauerit, tunc enim sola rei restitutio fit nō pœna incurritur.

AD §. I.

Conductor vel Cōmodatarius habet retentionem rei locatæ pro necessarijs aut vtilibus expensis in casa. ctis quousque soluantur.

1 Desumitur ex l. Si in area ff. de Condict. indebiti. & ex l. Si quis rem ff. Acquirenda possess. & ex l. In rebus §. Possunt ff. Commodati, & ex l. Dominus §. 1. ff. Locati. Vide Valasc. de Iure Emphyt. q. 25. à nu. 32. & cons. 111. à nu. 10. P. Molin. de Iust. tractat. 2. disput. 496. vers. Impensas vtiles, aliàs num. 6. & disp. 498. vers. Hactenus aliàs num. 2 Cald. Pereira de Emptione cap. 27. num. 4 Polyd. Rip. obseruat. 116. Caualcan. decis. 44 Et an detur retentio conductori rei Ecclesiæ vltra triennium & sic cōtra Paulinam? Affirmatiuè decidit Ioseph. Ludou. Perus. decis. 34.

2 Retentio rei regulariter datur in pendenti donec expensæ & melioramenta persoluantur. Vide præter iura supra citata, & ibi ordinarios Capic. decis. 17. Pute. decis. 471. & 474. lib. 2. Pereg. decis. 16. lib. 2. Ioan. Paul. decis. 36. & 120. Caputa. decis. 27. p. 2. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 225. Alexand. Raudens. Pisana decis. 42. Thesaur. fili. decis. 71. Balb. decis. 150. Quod adeo verum est vt huiusmodi retentio pro melioramentis detur etiam, in executione sententiæ si sunt liquida, aliàs exequeretur cum cautione. Vide Pute. d. decis. 471. Bennintend. decis. 77. Vincent. de Franch. decis. 112. & 476. Ioseph. Ludou. decis. 34. Fabium de Anna singul. 6. & procedit & si in sententia esset dictum (solutis prius melioramentis) nil quidem prohibet, quominùs & præstita cautione super executione supersedi debeat ita Mastrillo Siciliæ decis. 98. part. 1. Et possessor bonæ

fidei non tenetur fructus perceptos ex melioramentis ab ipso factis cõpensare cum sumptibus, ita ut ad eũ pertineant, & retentionem non excludant. Vide Afflict. decis. 87. nu. 6. & 7. Vincent. de Franch. decis. 191. nu. 11. Surd. decis. 281. Rot diuers. p. 1. decis. 294. & p. 2. decis. 112.

AD §. II.

2 In text. ibi (*por tempo algum*) Deſumitur ex cap. fin. de Præſcript. Vide Anton. Gabri. Commun. tit. de Præſcript. concl. 1 á n. 55. & concl. 3. Balb. de Præſcript. p. 3. q. 13. à nu. 2. Mexi. in tract. taſſæ panis concl 1. num. 134. cum ſeqq. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 34. à n. 68. Mench. Illuſtri. cap. 32. n. 8. Auend. de Exequendis mand. lib. 2. cap. 11. col. 2. Valaſc. conſ. 8 nu. 25. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 48. num. 35. Card. Thuſc. tom. 2. lit C concl. 669. nu. 34. Cened. ad Decretal. collect. 50. n. 1.

AD §. I.

1 Vide Perez l. 3. gloſ. O no fiziere emplazar tit. 13. lib. 3. Ordin. Kirchou. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit. 2. num. 173. pag 233. Cou. in reg. Poſſeſſor p. 2. §. 12. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 78. verſ. Interrumpatur Cened. ad Decretal. collect. 50. n. 4. Ignat. del Villar in ſylua reſponſ. lib. 1. reſp. 1. n. 19. vbi reſoluit quod citatio vni reo facta interrumpit præſcriptionem cæterorum reorum in ſolidum obligatorum. *Citatio quando impediat præſcriptionem?*

2 Citatione nulla non interrumpitur præſcriptio. Vide Mench. Frequent. cap. 24. n. 6. Surd. deciſ. 5 Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. ca. 2. n. 36. cum ſeqq. vbi etiã reſoluit quod per citationem etiam legitimè factã non interrumpitur præſcriptio, ſi cauſa eſt perempta culpa auctoris.

3 Proceſſu nullo non interrumpitur præſcriptio. Vide Flamin. de Reſignation. lib. 2. q 3. n. 48.

4 Conteſtatione litis non vero ſola citatione interrumpitur præſcriptio longi temporis. Vide Cou. d. p. 2. §. 2. num. 4. Pat. Molin. diſp. 78.

verſ. Interruptio ciuilis, aliàs nu. 13. Cardoſo in Praxi iudicum verbo Præſcriptio n. 78.

5 Conteſtatione litis non interrumpitur triēnalis præſcriptio, imò procedit, & perficitur perdurante lite, vide Parlad. quotid. lib. 1. cap. 1. §. 6. nu. 19. P. Molin d. diſp. 78. verſ. Triennalis, aliàs n. 12.

6 Præſcriptio immemorialis an interrumpatur per citationem? Vide Molin. lib. 2. de Promog. cap. 6. n. 47. Gutier. Practic. lib. 3. q. 17. nu. 290. Thom. Valaſ. tom. 1. allegat. 56. num. 10.

7 Præſcriptio quæ interrumpatur per denuntiationem extraiudicialem? Vide Pinel. in Auth. Niſi n. 14. Cod. de Bonis mat. Gutier. de Iuram. confirm. p. 3. cap. 1. n. 1. Valdeſ. ad Xuar. in § Conſidera vltimo notab. 2. in princip. lit. B. Cened. ad Decretal. collect. 50. num. 4. in princip. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 1. §. 1. in annot. num. 34.

AD §. II.

1 Deſumitur ex l. Sicut Cod. de Præſcript. trig. Concordat apud Hiſpanos l. 9. tit. 19. part 6. Vide Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 10. n. 82. Balb. de Præſcript. 1. p. 6. num. 26. verſ. 23. Ozaſc. Pedam decis. 69. Surd. deciſ. 4. à n. 1. Anton. Gom. tom. 2. cap. 14. n. 3. Sfort. de Reſtit. in integ. p. 2. q. 88. art. 4. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo. Sua facilitate á n. 46. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 78. verſ. Præſcriptio ceſſat aliàs num. 7. P. Leſsi. de Iuſtit. lib. 2. cap. 1. dub. 18. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 78 nu. 45. Thom. Valaſc. tom. 1. alleg. 88. n. 16.

2 In text. ibi (*atè quatro annos*) Deſumitur ex l. vlt. Cod. de tempor. in integr. & ex cap. 1. de in integ. reſtitut. lib. 6. Vide Donel. Comment. iuris Ciuilis lib. 21. cap. 5. col. fin. & cap. 9. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Sua facilitate num. 35. & quæſt. forenſ. lib. 1. q. 22. n. 20. Morl. in Emporio iuris p. 1. tit. 5. q. 5. Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignorant cent. 2. diſtinct. 59. n 6.

3 Non currit huiuſmodi quadriēnium legitimè impeditis. Vide Sfor. de in integ. reſtit. q. 19. à nu. 56. & q. 20. à nu. 32. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Infra à nu. 3. Et impedito agere non currit præſcriptio l. 1. §. Ne autem Cod. de Annali except. Vide Menoch. conſ. 38. n. 35. & remed. 15. Retin. nu. 79. Gam. deciſ. 26. n 5. & deciſ. 93. nu. 3. & deciſ. 84. n. 2. & deciſ. 151. num. 4. Valaſc. conſ. 130. n. 31.

4 Nec currit probabiliter ignoranti, quia tempus quadriennij eſt vtile, & incipit currere à tempore ſcientiæ, Vide Menoch. remed. 15. Recuper. á n. 115 Flamin. de Reſignat. lib. 3. q. 7. nu. 82 Cardin. Thuſc. lit. R. concl. 298. à num. 9. 16. & 43. Cald. Pereira quæſt. forenſ conſ. 12. in fine. Nota quod contra præſcriptionem quadraginta annorum non poteſt reſtitui in integrum is, qui prætendit iuſtam ignorantiam. Vide Iaſ. in §. Fuerat nu. 84. Inſtit. de Actionib. Rot. Bonon. deciſ. 69. & 71. Afflict. deciſ. 37. nu. 1. Aym. conſ. 201. nu. 34. Mench. Illuſtri. cap. 75. Menoch. conſ. 147. nu. 46. Surd. deciſ. 4. & conſ. 454. n. 47. Gilchen. de Præſcripti. p. 3. cap. 1. nu. 55. Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia inſpect. 87. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 48. conſiderat. 1.

5 Nota minorem teneri probare ſe eſſe intra quadriennium, quando pars oppoſuit minorem non eſſe, ſecus

secus si non fuerit oppositum. Vide Sforti. de in integ. restitut. q. 39. art. 1. Mascard. de Probat. conclus. 1058. n. 32. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Infra nu. 19. Morl. in Emporio iuris Ciuilis p. 1. tit. 5. q. 10. num. 3.

AD §. fin.

Vide Cou. lib. 4. Vari. cap. 13. n. 3. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. glos. 10. n. 13. Balb. de Præscript. 4. p. 4. q. 3.

Ad tit. 80. Ordin. Regiæ

In antiq. tit 76. Cõcordãt in §§. De Testamentis.

Dos testamentos, & em que forma se farão.

IN iure Ciuili ff. Cod. & Instit. sunt tituli de Testamentis, & in Iure Canonico extat alius lib. 3. Decretalium. Agitur apud Hispanos tit. 1. p. 6. & latè tractarunt Clar. in Pract. §. Testamentum Ioannes Gualdensis in tract. de arte testandi. Mich. Crass. de Successionibus §. Testamentum. Menchac. de Successionibus. Petrus Pechius de Testamento coniugum. Symon de Pretis de Interpretatione vltimarum voluntatum. Aluarad. de Coniectura mente defuncti Cardin. Mantic. de Coniecturis vltimarum voluntatum. Guilhelm. in cap. Rainuntius verbo Testamentum. Spino in Speculo Testamentorum. Cardoso in Praxi iudicum, & aduocat. verbo Testamentum. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 124. cum sequentib. Lusitan. Ægidi. in repet. l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. p. 1. Ioseph. Lodou. tom. 3. Communi. Opin. tit. de Testamentis, Viui. Kirchou. Soar. & alij tom. 2. lib. 6. tit. 12. & 13. Lusitan. Emmanuel Figueira de Negreiros in introductione ad vltimas voluntates.

2 Nota quod testamentaria successio secundum se ipsam, & simpliciter sumptam iurisgentium est, & ab ipso nota fuit, quoad solemnitates vero à iure ciuili inuenta est, vide Vacon. á Vacuna lib. 1. nouar. declarat. declar. 16. n. 2. Clar. in §. Testamentum q. 2. Ari. Pinell. in Rub. de Rescind. vendit. p. 1. cap. 1. nu. 23. Gutier. Canon. lib. 2. cap. 14. nu. 23. Ludou. Rodolphin. de Absoluta Principis potestate cap. fin. n. 139. & 141. Spin. in Speculo Testament. in glos. Rub. p. 2. nu. 20. Donell. commentar. iuris ciuilis lib. 6. cap. 1. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 124. ad finem Petr. Gilchen. ad l. 1. n. 3. cum seqq. Cod. de hæred. institu. Ceuall. Communium contra communes q. 512. Castill. lib. 3. quotidian. cap. 19. nu. 45. Lusitan. Negreiros in introductione ad vltimas voluntates lib. 1. cap. 3. nouissime Lusit. Bened. Pinell. lib. 2. selectarum iuris interpretat. cap. 10. per totum, quicquid aliter cum Mench. Lusit. Ægidi. in repet. l. 1. Cod. de sacros. Eccles. in præfat. n. 4. cum. seqq.

Testamentum an sit de iure gentium?

3 Nota quod forensis tenetur obseruare solemnitates illius loci in quo condit testamentum ita Bernard. Greuæ. ad practicam cameræ imper. lib. 2. concl. 123. consid. 1. à princip. & num. 8. id ampliat etiam quoad bona extra statuentium territorium sita, contra Fachin. controuers. lib. 5. cap. 91.

4 In Rub. huius tit. ibi *(em que forma se farão os testamentos)* Nota quod omnia contenta sub hoc titulo non sunt de forma substantiali testamenti, nam verbum forma de quo hic nil aliud importat quam declarare

quomodo solemnitates testamentariæ de iure Regio adhibendæ,& seruandæ sint ita Lusitan. Negreiros in introduct. ad vltimas volunt. lib. 1. cap. 4. n. 16. Vide ad quid Cald. Pereira de Empt. cap. 34. n. 22.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

Testes in testamento: quinque desiderantur attento iure Lusitano, de iure vero communi septem.

1 In text. ibi (*cinquo testemunhas*) Vide P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 125. vers. Hæc solemnitas Cardoso in Praxi iudicum verbo testamentũ nu. 16. Negreiros in introductione vltim. volunt. lib. 3. cap. 2. nu. 11. De iure vero communi debent adesse septem testes l. Hac consultissima in princip. Cod. de Testam. §. Sed cum paulatim Instit. eod. Clar. in §. Testamentum q. 55. & 56. Mascard. de Probation. concl. 1352. num. 14. cum seqq. Crass. §. Testamentum q. 44. Surd. cons. 378. num. 9. Negreiros d. cap. 2. n. 9. & n. 10. dicit quod de iure Castellæ circa testes in huiusmodi testamentis seruatur solemnitas iuris communis.

Testamẽtũ ad pias causas valet cum duobus testibus

2 Testamentum tamen ad pias causas valet conditum cum duobus, vel tribus testibus, tàm masculis, quàm fœminis, neque alia solẽnitas in eo requiritur, quam quæ sufficit stando in solo naturali ac gentium iure, idque siue reliqua, quæ in eadẽ vltima voluntate ad causas non pias relicta sunt, valida sint, siue non, ita cap. relatum o i de Testam. resoluũt Clar. in §. Testamentum q. 6. nu. 2. Mench. de successs. §. 21. n. 3. & §. 22. n. 38. Crass. in §. Testamentum q. 18. n. 2. Petr. Gilchen. in commentar. ad l. 1. nu. 8. Cod. de Sacros. Eccles. Ceuall. Communium contra communes q. 319. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disput. 134. n. 4. P. Lessi. eod. tract. lib. 2. cap. 19. dubit. 2. plures per Cened. ad Decretal. collect. 159. n. 1. & 3. Gam. decis. 46. nu. 3. & decis. 46. n. 3. & decis. 81. n. 4. Valasc. cons. 74. num. 13. Cardos in Praxi verbo Testamentum nu. 43. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap. 14. nu. 23. Thoming. Lipsiensi decis. 4. quem refert Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 1. collect. 229. vers. Secundo.

3 Nota quod Clerici testari possunt cum duobus, vel tribus testibus absque solemnitatibus iuris ciuilis, cum eorum testamenta debeant regulari de iure Canonico. Ita Valasc. cons. 74. à n. 13. late D. Marta de Iurisdict. p. 4. casu 28. quamuis contrarium tueatur Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap. 5. á num. 20.

Monachus an possit esse testis in testamento.

4 In text. ibi (*liures*) Nota quod monachus potest esse testis in testamento, Mich. Crass. tom. 1. Communium Opinionum lib. 4. tit. 10. n 150. Surd. decis. 129. nu. 1. Frat. Emman. tom. 3. quæst. Regular. q. 71. art. 2. quamuis fratres minores, vel prædicatores sint. Viui. tom. 2. Communium lib. 6. tit. 13. nu. 84. & Chærian. n. 85. Surd. decis. 129. n. 2. vel in eo testamento monasterium sit institutum, Viui. vbi proximè Frat. Emman. d. art. 2. vers. Hæc autem communis, testamentum tamen, in quo monachus absque sui superioris licentia est testis potest inpugnari Mascard. de Probat. concl. 261. n. 2.

5 In text. ibi (*ou tidos por liures*) Desumitur ex l. 1. Cod. de Testam. Cardin. Mantic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 2. tit. 10. à n. 2. & n. 5. in fine Crass. in §. Testamentum q. 57. n. 11. Morl. in Emporio iuris p. 1. ti. 2. q. 26. nu. 10. nouissimè Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib 3. cap. 1. num. 11. vers. Item seruus. P. Molin. de Iustitia tract. 2. disp. 126. vers. De iure

iure huius Lusitaniæ Regni.

6 In text. ibi (*& pello testador se souber, & poder assinar*) & ibi (*dirà ao pè do final que assina por mandado do testador por elle não saber, ou poder assinar.*) Vide Cald. de Empt. cap. 6. num. 21. & cap. 34. n. 14.

Hæredis institutio requiritur in testamento

7 In text. ibi (*& tal testamento serà firme, & valioso*) Dummodo hæredis institutio interueniat ex l. Proxime ff. de his, quæ in in testamento delentur. §. Ante hæredis Instit. de Legatis §. Imprimis Instit. de fideicom. Cou. in Rub. de Testam. p. 1. nu. 3. in fine, & in cap. Cum esses nu. 4. eod. titulo Clar. in §. Testamentum q. 35. á princip. Matiens. l. 1. glos. 14. nu. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ Recop. Crass. in §. Testamentum q. 35. num. 1. Gutier. Pract. lib. 3. q 46. n. 11. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. tit. 6. in princip. Mascard. de Probat. concl. 1171. nu. 20. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 124 Vers. Per particulam, aliàs n. 5. Cost. in cap. Si pater verbo Adijciens n. 4. Gam. decis. 199. Valasc. cons. 68. nu. 2. & cons. 165. nu. 2. Cardos. in Praxi iudicum verbo Testamentum nu. 2. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 61. n. 10. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 2. cap. 2.

8 Nota quod valet institutio si quis coram testatore exprimat nomen hæredis dicens vis Petrum hæredem instituere, ipseque respondeat, sic, ita Mench. lib. 2. de success. creat. §. 17. n 52. & 54. Matiens. l. 1. glos. 16. à nu. 6. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil.

AD §. I.

1 Vide P. Molin. de Iustit. tract. 2. disput. 125. vers. De iure vero, aliàs n. 3. & 4. Valasc. cons. 149. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap. 2. per totum.

Testamentũ amissum probari potest per duos testes.

2 In text. ibi (*perante cinquo testemunhas*) Testamentum tamen amissum probari potest per duos testes, vide Viui. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 9. nu. 75. vers. Et sic licet pag. 487. Mascard. de Probat. concl. 1253. n. 51. D. Marta in votis nouissim. decis. voto 8. nu. 38. Surd. cons. 378. n. 40. & cons. 380. n. 11.

3 In text. ibi (*& perante ellas lhe perguntarà o tabelião se he aquelle o seu testamento*) Ergo requiritur pro forma testamentaria vt testator tradat suũ testamentum tabellioni coram testibus, & percontatus à tabellione an sit illud suum testamentum, respondeat suum esse, Valasc. consult. 7. nu. 4. Negreitos in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap. 2. n. 6. nouissime Benedict. Pinell. selectar. iuris interpret. lib. 1. cap. 10. n. 23.

4 In text. ibi (*declarando ao pè do final que assina por mandado do testador por elle não saber, ou não poder assinar*) Vide latè Valasc. cons. 149. vbi resoluit quod ex prædictorum verborum defectu annullatur testamentum. Negreiros d. cap. 2. n. 9.

5 In text. ibi (*assinarão todas as cinquo testemunhas*) Eodem tempore, & loco, aliàs interuallum vitiabit testamẽtum, ita Negreiros in introduct. vltimarum volunt. lib. 3 cap. 2. n. 8.

6 In text. ibi (*& elle testador o entregarà ao tabellião*) Vide nouissime Benedict. Pinell. select. iuris interpret. lib. 1. cap. 10. n. 18. nec sufficit si maritus tradat testamẽtum vxoris, maximè in absentia, ita iudicatum fuit in causa Catharinæ Aluarez contra Ioannem de Faria Vimaranensem Olysipone, Scriba Michaele Roderico, & ideo testamentum nullum est si testes negent se præsentes fuisse

fuisse quando testator illud manu propria notario tradidit ita Gam. decis.69.nu.1. Thom.Valasc.tom.1. allegat.61.n.29.P.Molin.d.disp.125. vers.De iure in fine, aliàs n.3.

Testes in testamento an rogari debeant?

7 In text.ibi(*testemunhas*) Attento iure Communi testes tám in testamento in scriptis,quàm sine scriptis redacto rogari debent l Hæredes palam §. In testamentis ff. de Testam. l. Hac consultissima Cod. eod tit. glos.in § fin. verbo Adhibitis Inst. eod. Vide Viui. tom. 2. Commun. Opin lib 6.tit.13 n.72. pag.44. vbi Mich.Grass.nu.74. Surd.cons.378. n.41 Cardos.in Praxi iudicum verbo Testamentum n.31.Cardin Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.2. tit.11.num.6.cum seqq. Mascard.de Probat.conclus.1354 à princip.Stephan.Gratian.Discept Forens. cap. 93. n.2. cum seqq.Matiens.l.1. glos. 8. num.7. tit.4. lib.5. Recop. Nota quod testes non præsumuntur rogati.rogatio tamen duobus testibus probari potest. Vide Viui. & Mich. Grass.ubi supra Crass.in § Testamẽtum q.58. nu.6. Ceuall. Commun. contra communes q.474. Cardos. verbo Testamentum nu. 38 Surd. consil.414.n.24. Mascard. d.concl. 1354. á nu.8 Flores Vari. lib.1. q.1. n.21. Valasc.consult 187.n.15. Negreiros lib 3.cap.2.n.5.& notario asserenti testes fuisse rogatos credendum est ex Bart.in l. hæredes palam n.4.ff.de Testam.recepto vt per Farinac cons.97.n.21.

8 Attento tamen iure huius Regni maxima est dubitatio an testes debeant esse rogati? Sed probabiliori sententia receptum est non esse necessario testes rogandos cum in hac Ordinat disponatur,quæ solemnitates in hoc Regno interuenire debeant, & sufficiant, vt testamentum sit validum, illaque omittitur, resoluunt Gam.decis.210. n.2. Pat. Molin.d.disp.125.n.3.vers. Hæc solemnitas Cald. Pereira de Empt. cap 6.n.23.& quæst. Forẽs. cons.24. nu.17.quamuis contrarium tueatur Lusitanus Negreiros in Introduct. vltim.volunt.lib.1.cap.8.n.11.

Fœminæ possunt esse testes in testamento.

9 In text.ibi(*varões*)Ergo fœminæ non possunt esse testes in testamentis.l.In testamẽto § Mulier ff.de Testam. l. Qui testamenta §. Mulierẽ Cod.de Testamentis, vide Spin.de Testam.glos.31.n.11.Crass. in §.Testamentum q.57.n.2. Matiens.l.1 glos. 8. nu.3 tit.4.lib.5.nouæ Recopil.vbi Azeued n.42.Flores Vari. lib.1. q.1. n.22. plures refert Ceuall Cõmun. contra Commun.q.220.& q.700.à num 5.

10 In text.ibi(*sem embargo de qualquer costume que em contrario haja*) Idest nihil impediente quacunque consuetudine in contrarium. Vide P.Molin. de Iustit. tract.2 disp.125. n.3. vers. De iure in fine. late Valas. cons.104.n.26. & sequenti.

AD §. II.

1 Vide P.Molin. de Iustit tract.2. disp.125. vers.Ibidem vbi transcripsit hunc §.Lusitan.Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap.2. num.7.

2 In text.ibi (*& o tabellião que d'outra maneira fizer o instrumento de approuação perderà o officio*) Requiritur etiam sub pœna amissionis officij, vt tabellio faciat subscribere instrumẽtum approbationis per testatorem, & testes, ex Ordinat.supra lib.1. tit. 78. §.15 Vide Cald.Pereira de Emptione cap.5.nu.3.& cap 34.nu.15 ad hoc quod actus non erit nullus.quia ista lex eum non annullat, & facit

doctrina

doctrina Bart. in l. prætor ait in princip. ff. de noui operis nunt. & quæ Tiraq. de Nobilit. cap. 37. num. 78. Vanti. de Nullit. sentent. tit. Ex defectu iurisdict. ordin. n. 123. cum seq. quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

AD §. III.

1 In text. ibi (*as quaes testemunhas assinarão no testamento*) Eodem tempore, & loco, aliàs interuallum vitiabit testamentum Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap. 2. n. 8.

2 In text. ibi (*Sendo primeiro lido perante ellas*) Sufficit tamen si testes, quæ in testamento continentur implicitè sciant Cabed. p. 1. decis. 199. num. 4. & cons. 313. n. 27.

3 In text. ibi (*citando as partes a que pertence*) Vide Menoch. cons. 311. num. 22.

AD §. IIII. & vlt.

1 Vide l. Hac consultissima §. Per nuncupationem Cod. de Testam. & §. fin. Instit. eod. Kirchou. tom. 2. Commun. Opin. lib. 6. tit. 13. nu. 60. pag. 42. Azeued. & Matiens. l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil. Mascard. do Probat. concl. 1352. n. 13. Crass. in §. Testamentum q. 3. Ceuall. Cõmun. contra communes q. 264. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 126. à princip. Lusitan. Benedict. Ægidi. in repet. l. 1. Cod. de Sacrosanct. Ecclesijs p. 2. in initio n. 15. Lusitan. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap. 1. à n. 6. cum seqq.

2 In text. ibi (*com seis testemunhas*) Omni exceptione maiores Cabed. p. 1. decis. 169. n. 7. & non audet affirmare Lusit. Ægid. in repet. l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. p. 2. in initio n. 15. de iure nostro testium rogationem necessariam non esse in testamento nuncupatiuo.

3 In text. ibi (*assi as mulheres*) Deuiat à iure communi vt per Lusit. Ægid. d. nu. 15. vers. Deinde Ordin. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 3. cap. 1. n. 10. in fine.

4 In text. ibi (*ao tempo da sua morte*) Vel quando imminet periculum mortis de proximo spectatæ, siue id infirmitatis causa eueniret, siue quia incidisset in manus prædonum, aut maris tempestatẽ. Ita Lusitan Ægi. in d. repet. l. 1. p. 4. in initio n. 6.

5 In text. ibi (*porem conualecendo o testador, &c*) Ideo validitas vltra conualescentiam non extenditur quia contra ius commune conceditur agentibus in extremis vt possint fœminæ esse testes in testamentis, cæterum vbi testatores alio tempore testamẽta condiderint, neque huiusmodi fœminæ testes adhiberi poterunt, & erit testamentum perpetuò valiturum si solemnitatibus abundet, ita Negreiros d. cap. 1. num. 11. in fine.

Ad tit. 81. Ordin. Regiæ.

Das pessoas a que não he permitido fazer testamento.

VIde l. 1. cum seqq. Cod. qui testamenta facere possunt, & Instit. eod. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 136. cum seqq. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 1. cap. 7. à n. 10.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 In text. ibi (*menor de quatorze annos*)

Minor non potest facere testam.

nos) Nota masculum minorem quatuordecim annis, fœminam vero minorem duodecim (quos impuberes, seu pupillos dicimus) testamentum facere non posse l. Qua ætate ff. de Testam. l. Si frater Cod. qui testamẽta facere possunt l. fin. Cod. de Testam. militis §. Præterea Instit. Quibus non est permissum facere testament. & apud Hisp. l. 13. & ibi Greg. tit. 1. part. 6. Vide Viui. tom. 1. Communium Opin. lib. 5. tit. 27. de Auctoritate præst. n. 7. vers. Amplia primò pag. 766. Don. à Fin. tom. 2. lib. 6. tit. 12. n. 44. pag. 36. Anton. Gom. l. 3. Tauri n. 12. Clar. in §. Testamentum q. 5. n. 3. Azeued. l. 1. nu. 6. tit. 4. lib. 5. nouæ Recop. vbi Matiens. glos. 8. num. 4. Crass. in §. Testamentum q. 17. n. 5. Spin. in Speculo Testam. glos. 31. n. 17. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo sine curatore nu. 61. Flores Vari. lib. 1. q. 1. nu. 23. P. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 19. dub. 4. nu. 37. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 136. vers. Præterea impuberes, aliàs n. 7. Negreiros in introduct. vltim. volũt. lib. 1. cap. 7. n. 10. latè Lusitan. Benedict. Ægid. in repet. l. 1. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs p. 1. § 1. per totum, quod etiam de eo impubere intelligendum est, qui doli capax sit, in quo, scilicet, malitia suppleat ætatem, præter supra citatos resoluunt Benedict. Capra tom. 2. Commun. Opin. lib. 6. tit. 12. nu. 45. pag. 36. Benedict. Pinell. select. iuris interpret. lib. 2. cap. 54. n. 59. latè, & eleganter Lusitan. Ægid. §. 1. á nu. 2. vbi n. 3. rationem reddit ex eo quia testamentum facere non iure, sed priuilegio legis hominibus datum est, quæ lex priuilegio suo generaliter pupillos exclusit, quia nullum eorum animis iudicium est, in coniugali tamen societate, & cæteris contractibus ipso iure naturali, gentium, vel ciuili competunt hominibus animi iudicium habentibus. Et lege, consuetudine, vel Principis priuilegio pupillis pubertati proximis concedi potest facultas testandi, ita Crass. §. Testamentum q. 17. nu. 6. & q. 20. n. 3. Pat. Molin. d. diput. 136. n. 7. vers. Vtrum autem, Lusitan. Ægid. d. § 1. n. 6.

Furiosus nõ potest facere testamentum.

2 In text. ibi (*nem o furioso*) Desumitur ex l. Qui testamento §. Nec furiosus ff. de Testam. l. Furiosum Cod Qui testam. facere possunt. §. Item furioso Instit. eod. tit. & apud Hispanos est l. 13. vbi glos. 5. & 6. ti. 1. part. 6. Vide Xuar. alleg. 1. nu. 1. cum seqq. Clar. in §. Testamentum q. 5. vers. Sed an furiosus. Alciat. reg. 1. Præsumpt. 38. decis. Pedam. 1. 62. & 77. Gom. l. 3 Tauri à num. 6. Mich. Grass. tom. 2. Communium Opin. lib. 6. tit. 12. n. 21. pag. 35. Menoch. de Arbit. casu 325. & lib. 1. de Præsump. q. 24. n. 15. & q. 18. n. 7. & lib. 2. q. 75. n. 57. & cõs. 311. & cõs. 374. n. 45. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volun. lib. 2. dubit. 1. solut. 4. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. à principio Spin. in Speculo Testam. in Rub. glos. 10. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 136. n. 3. Cardos. in Praxi iudicum verbo Testamentum n. 17. Negreiros in introductione vltim. volunt. lib. 1. cap. 7. n. 10. & sequẽti, Lusitan. Ægid. in repet. d. l. 1. p. 1. §. 3. nu. 9. Cald. Pereira quæst. forensium cons. 24. n. 3. Nec reconualescit adueniente sanitate Ceuall. Cõmun. contra commun. q. 11. num. 3. Nec etiam furiosus, quia iudicio caret ad pias causas testari potest Burg. cons. 11. n. 2. Spin. d. glos. 10. num. 7. Crass. §. Testamentum q. 17. n. 3. Lusitan. Ægid. d. n. 9.

3 In text. ibi (*porem se não tiuer o furor continuado, &c.*) Nota quod si furiosus

riosus habeat dilucida interualla, & dubitetur an actus ab ipso gestus sit gestus tempore furoris, vel interualli, in dubio præsumitur gestus tempore furoris, ita Menoch. de Præsumpt. lib. 6. q. 45. n. 63. P. Sanch. de Matrimonio lib. 1. disp. 8. n. 17. vers. Tandem si furiosus. Cald. Pereira consl. 24. à n. 4. Mascard. de Probat. concl. 39. n. 4. vbi n. 6. resoluit quod testamentum furiosi habentis dilucida interualla præsumitur factum tempore sanæ mentis, si videtur factum ab homine sani intellectus, de quo etiam Menoch. d. quæst. 45. num 66. Matiens. in Rubric. tit. 1. glos. 1. num. 67. lib 5. nouæ Recopil. Pat. Sanch. d. n. 17. vers. Limita tamen.

4 Nota quod furiosus is non præsumitur quem non constat antea furore agitatum fuisse, sed sanæ mentis censetur, si vero de eo constet præsumitur durare omni tempore, & illa dilucida interualla sunt per accidens, ideoque minime præsumuntur, ita Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 9. num. 30. Ioseph Ludou. tom. 3. Commun. Opin. tit. de Probation. concl. vni. vers. Infertur 193. pag. 477. Menoch. cons. 374. nu. 45. & d. quæst. 45. num. 18. Mascard. de Probation. concl. 824. num 4. Pat. Molin. d. disput. 136. num. 3. vers. In dubio autem, Pat. Sanch. d. num. 17. vers. Et ratio est Valasc. cons. 145. n. 13. & 14.

5 Et testes deponentes de furore debent reddere rationem, quod tempore actus faciebat talia signa dementiæ, sicut solent facere homines insani, & etiam non interrogati debent reddere rationem dicti sui, ita Menoch. cons. 311. num. 27. & 28. Valasc. cons. 145. num. 20. & 22.

6 Et testibus deponentibus de sana mente, etiam paucioribus, maior fides adhibetur, quam deponentibus de insania. Ita Iacobus Menochius consilio 311. num. 14. & 15. Aluarus Valasc. consult. 145. num. 14.

7 Signa furoris, vel dementiæ hæc sunt, Si quis iubeat cadauer suum in mare proijci, vel cum sonis, & cantibus sepeliri, si per vicos more insanorum loquatur, vel deridendo vadat. Si proijciat lapides sine causa per viam. Si incedat via lutosa, cum bona posset incedere. Si ignoret nomen suum. Si de vna re interrogatus, de altera respondeat. Si spernat medicinas in infirmitate sibi à medicis ordinatas, hæc eleganter Menoch. de Præsumption. lib. 6. quæst. 45. à num. 24. cum multis sequentibus, & num. 6. cum sequentibus resoluit quod demens, vel mentecaptus dicitur is, qui est mente diminuta, & sic méte caret. Stultus, qui imprudens, improuidus, incautus, & ineptus est, & in eo differt à fatuo, quia fatuus est, qui omnino desipit, stultus vero, qui aliquid sapit. Phreneticus is dicitur, qui habet mentem læsam, & aliquando sine causa obliuionem patitur. Furiosus, qui furijs quodammodo agitatur, & rabie angitur, vnde nec sibi, nec alijs parcit, vel is dicitur, qui mentis lumine, & sensu caret. *Furoris & dementia signa.*

8 In text. ibi (*no que nasceo mentecapto*) Vide Gom. l. 3. Tauri num 9. Gutier. cons. 14. num. 5. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 136. vers. A primo, aliás nu. 3. Cabed. p. 1. decis. 97. num. 3.

9 Amplia in fatuo si omnino méte careat, secùs tamen si aliquem intellectum habeat ita Cabed. d. decis.

decis.97.numer.5.

10 Amplia in phrenetico, vide Bonacos. tom.2. Commun. Opin. lib.6. tit.12. num.11 pag.34. Cald. Pereira cons.24. num.3. Negreiros in introduct. vltim. voluntat. lib. 1. cap. 7. num.10.

11 De testamento hominis cæci vide Clar. in §. Testamentum q. 17. Gom. l.3. Tauri n.51. Crass. in §. Testamentum q.31. à n.2. Suar. tom.2. Commun. Opin. lib.6. tit.13. nu.141. vbi Villalob. n.142. & Kirchou. nu. 311. & Mich. Crass. tit. 12. num.22. pag.35. Ioseph. Ludou. tom.3. tit. de Testamentis concl.1. pag.562. Spin. in Speculo Testament. in Rub. glos. 7. Matiens. l. 2. glos. 8. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil. Cardos. in praxi iudicum verbo Testamentum n. 24. Lusitan. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib.3. cap.8. per totum, P. Molin. de Iustit. tract.2. disp.130. per totam vbi num.3. refert se audire consuetudine receptum esse in hoc Regno, vt cæcus eisdem modis nuncupatiuè testetur, quo cæteri testari possunt, ex iure tamen communi superadditur vnus testis in testamento cæci, supra illos, cum quibus cæteri homines testari possunt. Et quod cæci testamentum inter liberos minorem solemnitatem requirat resoluunt Iaffred. Balb. decis. 29 Boer. decis.240. num.2. Ioseph. Lud. Perus. decis.2. n.34.

AD §. I.

Perpetuò furiosus nō potest facere testamētum.

1 Vide Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib.6. tit.13. de Testam. n.180. vers. Ideoque si testamentum pag. 55. Cardin. Mantic. de Coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. num.7. vers. Quæro, Benedict. Pinel. select. iuris interpetr. lib.2. cap.20. num.6.

AD §. II.

1 Vide Mascard. de Probat. concl. 39. n.8. Menoch. cons.311. num.7. & cons.374. n.45. & lib.6. de Præsum. q.45. nu.66. qui resoluunt quod testamentum furiosi habentis dilucida interualla præsumitur factum tēpore sanæ mentis, si videtur factum ab homine sani intellectus.

AD §. III.

Filiusfam. de aduentitijs non potest facere testamētū.

1 Desumitur ex l. Qui in potestate & ex l. Filiusfam. ff. de Testam. l. Nemo C. qui testam. facere pos. Princip. Instit. quibus non est permissum facere testam. & apud Hispanos concordant l.13. tit.1. part.6. vbi glos. 3. & l. 4. tit.4. lib.5. nouæ Recopil. Vide Clar. in §. Testamentum q.18. Conan. comment lib. 9. cap. 4. in princip. Cou. in Rub. de Testam. p.3. num.3. Molin. de Primog. lib.2. cap.9. num.13. Donat. à Fin. tom.2. Commun. Opin. lib.6. tit.12. nu.17. pag.34. Ioseph. Ludou. tom.3. tit. de Testam. concl.5. Crass. §. Testamentum quæst. 23. Mench. de Success. § 22. num.8. Auend. l.4. Tauri glos. 5. Aluarad. de coniect. mente defuncti lib.2. cap.1. num.7. Cardin. Mantic. de coniecturis vltimarum volunt. lib.1. tit.12. nu.2. & lib.3. tit.15. n.4. Matiens. & Azeued. d. l.4. Spin. in Speculo Testam. in glos. Rub. p. 4. à nu.1. Gutier. Pract. lib.2. q.40. Ceuall. Communium contra commun. q.794. n.1. nec conualescit adueniente ætate quæst.11. num.3. Pichard. in Princip. Instit. quibus non est permissum facere testam. nu.98. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo

bo Hunc contractum n. 23. & in responso pro Ferdinando Pereira n. 21. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 138. Cardos. in Praxi iudicum verbo Filius nu. 28. & verbo Testamentum nu. 11. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 29. n. 114. latè Lusitan. Ægid. in repet. l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. p. 1. §. 7. Negreiros in introduct. lib. 1. c. 10. n. 51. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 382. à princip. P. Lessi. de Instit. lib. 2. cap. 19. dubit. 4. num. 38. Quod valida sit consuetudo vt filiusfam. testetur resoluunt Gratian. Marchiæ decis. 61. Ioannes Aloys. Ricci. in collectaneis decisionum p. 4. collect. 1411.

2 An filiusfamil. Clericus possit testari? Dic quod filiusfam. Clericus sub patria potestate constitutus quamuis sit in minoribus potest de aduentitijs testari, quæ illi post susceptos ordines obuenerunt, vide Perez ad l. 1. vers. Clericus præterea tit. 3. lib. 1. Ordin. Spin. in Speculo Testam. in Rubr. p. 4. num. 22. Pat. Molin. d. disp. 138. vers. Licet aliás nu. 3. cum sequentibus Valasc. consult. 108. num. 14. Alt. Valasc. tom. 1. Allegat. 29. num. 116. Cardos. in Praxi iudicum verbo Clericus num. 70. Lusitan. Aegidi. d. §. 7. num. 10. cum sequentib. nouissimè Benedict. Pinell. sellectarum iuris interpret. lib. 1. cap. 5. num. 19. Cald. Pereira quæst. Forens. in Princip. Instit. de Inoffic. testam. n. 15.

3 In text. ibi (*posto que o pay lho permita*) Vide Marc. Anton. de Amatis Marchiæ decis. 42. quem refert Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 2. collect. 444. Ceuall. d. quæst. 794. nu. 3. Nisi sit ad pias causas vt per Crass. in §. Testamentum quæst. 17. num. 12. Pat. Molin. d. disp. 138. vers. Dubium, aliàs num. 8. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 79. nu. 20. Thom. Valasc. d. alleg. 29. num. 115. Lusitan. Aegidi. d. §. 7. n. 16.

4 Filiusfam. tamen de consensu patris potest donare causa mortis ita Maynard. decis. 3. lib. 5. Ceuall. d. quæst. 794. Pat. Molin. d. disp. 138. nu. 1. in fine, latè rationem reddens Lusitan. Aegidi. d. §. 7. num. 16. & 17.

Et si filiusfam. in testamento aliquid relinquat alteri interueniente patris consensu, & in ipso testamento apposita sit clausula codicillaris, si ille, cui relinquitur est præsens, bene valet relictum in vim donationis causa mortis. Ita Clar. in §. Donatio quæst. 6. num. 8. Stephan. Gratian. d. cap. 382. n. 8.

5 In text. ibi (*Porem dos bẽes castrenses*) Vide Pat. Molin. d. disp. 138. in princip. & disp. 231. vers. Quod vero Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 6. tit. 13. num. 345. vers. Interpretatur 4. Surd. de Alimentis tit. 4. quæst. 11. num. 11. cum sequentib. Lusitan. Aegid. d. §. 7. à num. 3. Benedict. Pinell. d. cap. 5. à num. 8. & num. 43. Crass. §. Testamentum quæst. 7. num. 3. & quæst. 23. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Cum non absimilis num. 34. & verbo Læsis num. 98. *Filiusfam. potest testari de peculio castrensi vel quasi.*

AD §. IIII.

1 In text. ibi (*o herege*) Desumitur ex l. Manichæos C. de hæret. glos. 1. in l. Is cui bonis ff. de Testam. Vide Clar in §. Testamentum q. 34. nu. 2. Farin. de Hæresi q. 190. n. 89. *Hæreticus non potest facere testamentum.*

2 In text. ibi (*apostata*) Desumitur ex l. 2. C. de Apostatis, & apud Hispanos concordat l. 5. titul. 25. part. 7. Vide Patr. Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 2. cap. 14. num. 132. in med.

in med. Vnde nullus hæreticus, aut apostata hæres, aut legatarius esse potest Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 154. vers. De iure cōmuni, aliàs n. 6. P. Sanch. d. cap. 14. á n. 31. P. Less. de Iustit. lib. 2. cap. 19. dubit. 5. nu. 50. Farin. d. q. 190. à n. n. 93.

Seruus non potest facere testamētum.

3 In text. ibi (*nem o escrauo*) Desumitur ex l. Qui testamento cum l. sequenti Cod. de Testament. Vide Gom. l. 3. Tauri num. 12. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 137. vers. Seruus aliàs n 2.

Religiosus non potest facere testamentū.

4 In text. ibi (*nem o religioso*) Vide Gom. l. 3 Tauri nu. 13. Mench. Illustrium cap. 102. nu. 1. Molin. lib. 2. de Primog. cap. 9. á nu. 39. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 141. Crass. in §. Testamentum q. 34. num. 1. nouissime Frat. Paulin. Berti Lucens. in Praxi crimin. Regular. tit. 4. cap. 25. §. 10. numer. 4. Valasc. cons. 108. num. 7.

5 De militibus professis ordinum militarium, vide Pat. Molin. d. disp. 141. vers. Nauar. aliàs num. 5. Valasc. cons. 108. n. 8.

Prodigus non potest facere testamentum.

6 In text. ibi (*nem o prodigo*) Desumitur ex l Is, cui bonis ff. de testam. & ex §. Item prodigus Instit. hoc tit. Vide Conan. lib. 9. comment. cap. 4. num. 9. Clar. §. Testamentum q. 33. Mench. Illust. cap. 37. nu. 8. Spin. in Speculo Testam in glos. Rub. p. 10. Cald. in l. Si curatorem verbo Cum non absimilis n. 3. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 137. in princip. Cabed. p. 1. decis. 171. Lusitan. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 1. cap. 7. num. 15. Lusitan. Ægid. in repet. l. 1. Cod. de Sacros. Ecclesijs p. 1. §. 2. per totum.

7 Nec ad pias causas posse prodigum testari resoluunt Gom. l. 3 Tauri n. 14. ad finem Crass. §. Testamentum q. 17. num. 7. P. Molin. d. disp. 137. n. 1. in fine latè Lusitan. Ægid. d. §. 2. n. 17.

8 Nec inter liberos, quia non est de prodigo confidendum, quod inter liberos debitam æqualitatem, modum, aut ordinem seruet Gom. l. 3. Tauri n. 14. in fine Cald. Pereira d. verbo Cum non absimilis num. 31. vers. Et proinde Lusit. Ægidi. d. §. 2. num. 18. vbi etiam cum Gom. Vari. tom. 1. cap. 6. n. 4. resoluit quod prodigo, cui bonis interdictum est potest pater, vel mater, vel alius ascendens substituere exemplariter.

9 In text ibi (*a que he defesa, & tolhida a administração de seus bēes*) Idest postquam ei iuridicè, & solemni interueniente iudicis decreto interdicta est bonorum administratio, ita Cabed. p. 1. decis. 171. à num. 2. cum multis sequentib.

AD §. V.

Surdus, & mutus à natiuitate testari non possunt.

1 Desumitur ex l. Qui in potestate §. Surdus ff. de Testam. & ex l. Discretis C. hoc tit. & ex l. Item Surdus Instit. eodem, vide Gom. l. 3. Tauri n. 16. Mench. Illust. cap. 103. n. 2. Bonacos tom. 2. Commun. Opin. lib. 6. tit. 12. n. 13. & 15. pag. 34. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disput. 136. vers. De iure humano aliàs num. 4. Cardos. in Praxi iudicum verbo Testamentum num. 8. Lusitan. Ægidi. in repet. l. 1. C. de Sacrosanctis Eccles. p. 1. §. 3. per totum.

2 In text. ibi (*impetrando primeiro para isso nossa licença*) Nota quod potest Princeps surdo, aut muto testandi licentiam concedere, vide Rebuff. ad l. 130. ff. de Verb. signif. pag. 492. vers. Potest.

AD

In antiq. § 5. tit. 94.

AD §. VI. & vltim.

Condénati ad mortem naturalem non possũt facere testamentum.

1 Desumitur ex l. Eius, qui §. 1. ff. de Testam. vbi Doctores, & l. Si quis filio exhæredato §. Irritum ff. de iniusto rupto. Vide Gom. l. 4. Tauri à princip. Mariens. l. 3. glos. 1. cũ seqq. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil. Pereg. de Iure fisci lib. 3. tit. 2. n. 2. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 9. vers. Antonius Gomes, aliás n. 4. cum seqq. & disp. 137. in fine, Gam. in tract. de sacram. præstandis vltimo supplicio damnatis q. 5. nu. 10. & q. 6. nu. 10. & decis. 364. Cost. in cap. Si pater p. 1. verbo Si absque n. 45. Cald. Pereira de Nomin. q. 5. à n. 13. & à nu. 30. cum seqq. Cabed. p. 2. decis. 57. à nu. 10. nouissimè. Benedict. Pinell. Selectarum iuris interpret. lib. 2. cap. 7. nu. 7. & 8. latè Lusitan. Aegid. in in repet. l. 1 Cod. de Sacrosanct. Ecclesijs p. 1. §. 5. per totum. Farin. in Praxi crimin. q. 102. n. 131. & n. 135. cum seqq. de damnatis ad mortem ciuilem.

2 In text. ibi (*& posto que em qualquer tempo antes da dita condenação, &c.*) Et testamenta antea facta secuta damnatione irrita fiunt vt testatur Lusitan. Aegid. d. §. 5. nu. 3. vers. Priorem vero sententiam.

3 In text. ibi (*porque a condenação o faz seruo da pena*) Vide Lusitan. Aegi. d. §. 5. n. 1. vers. Et ratio est.

4 In text. ibi (*vèm a seus herdeiros, ou a nòs*) Vide Ordinat. lib. 2. ti. 26. §. 28. Lusitan. Aegid. d. §. 5. n. 15. cum seqq.

5 In text. ibi (*possão fazer seus testamentos*) Idem tamen erit, etsi nõ per vltimæ voluntatis actum, sed potius per actum inter viuos, dispositio fiat. Vide Lusitan. Aegid d. §. 5. n. 9.

6 In text. ibi (*para em elles sòmente tomarem suas terças, & disporem dellas, &c.*) Damnato ad mortem naturalem testari licet de tertio solum suorum bonorum ad sequentia opera pia, ad redimendos captiuos, ad maritandas orphanas, ad eleæmosynas hospitalibus elargiendas, ad Missas celebrandas, & ad monasteriorum, aut Ecclesiarum reparationem, excipiuntur, qui ob crimina hæreseos, læsæ maiestatis, aut sodomiæ damnantur, quibus nec ad hæc quidem testari permittitur. Ita P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 9. vers. Quod ad ius, aliàs n. 8.

7 Nota tamen quod condemnatus de tertia bonorum parte potest disponere pro libito suo ad pias causas, etiam, quæ non sunt expressæ in hoc §. dummodo sint æquè pia. Ita P. Molin. vbi proximè, latè in vtranque partem Lusitan. Aegid. d. §. 5. à n. 4. cum seqq.

Ad tit. 82. Ordinat, Regiæ.

In antiq. tit. 70. Concord. in 55.

Quando no testamento o pay não faz menção do filho, ou o filho do pay, & dispoem sòmente da terça.

1 Vide Cost. in l. Gall. §. Et quid si tãtũ p. 1. á n. 20. & à n 46. ff. de Liberis, & posth. Gam. decis. 153. à n. 2. Valasc. cons. 104. nu. 25. Thom. Valasc. tom. 1. allegat 29. num. 133.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

2 In text. ibi (*parece que os quis instituir*) Vide nouissimè Lusitanũ Negreiros in introduct. ad vltimas volunt. lib. 1. cap. 14. n. 43. & lib. 2. cap. 4. n. 23.

3 In text. ibi (*māy*) Vide Valasc. cons. 61.

consf.61. P.Molin. de Iustit. tract.2. disp.175.à princip.

4 In text.ibi (*tomarem*) Explicat Cald.Pereira de Nominat.q.9.n.10.

5 In text.ibi(*tomarem a terça de seus bẽes*) Vide Cald.d.q.9. num.5. & de Empt.cap.27.n.35.& cap.10. nu.20. ubi tractat ex quibus bonis sit tertia deducenda.

6 Et quod in episcopatu Aegitanensi vigeat consuetudo vt tantum possit disponere de quarta asserit Valasc.consf.104.n.25.

7 In text.ibi (*como for sua ventade*) Nota quod parentes possunt quicquid superest deducta filiorum legitima dare,cui voluerint,& proijcere in mare,vide Surd.decis.21.n.14.

8 In text.ibi(*& assi deuem ser auidos por instituidos*)Vide Negreiros d. lib. 2. cap.5.à n.15. vbi resoluit titulum institutionis non requiri pro forma sed pro solemnitate , Surd. tamen decis.393.n.9.dicit quod præteritus dicitur filius,cui aliquid relinquitur iure legati , non autem iure institutionis , & facit quod verbum relinquo adiectum rei particulari non ducit institutionem,sed potius legatum relictum venientibus abintestato l. Lutius 90. §. Filia de legat. 2. Spin.de testam.glos.9.n.22. col.4.

AD §. I.

1 Desumitur ex Auth. Ex causa Cod.de liberis præteritis. Concordat apud Hispanos l.fin.tit.8. par.6. vbi glos.1.6.& 7. Vide Clar.§.Testamentum q.52.cum seqq.Bernard.& Salzed.reg.51. Garci.reg.278.Gom. l.3.Tauri n.74.75.&78.Perez tit.2. lib.5. Ordin. pag.92. Cost. in §.Et quid si tantum p.3. nu.237. & lib.1. select.cap.1.n.4. Gutier.Pract.lib.2. q.30. Donel. comment. iuris ciuil. lib.19. cap.10.col.antepen.vers.Post ab hoc iure Crass. in §.Testamentũ q.67.P.Molin.de Iustit.tract.2.disp. 175. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imp. lib.2. concl.113. Thom. Valasc.tom.1.alleg.61. à n.13. Steph. Gratian.Discept.Forens.cap.398.à num.2.

2 In text.ibi *(ou may)* Vide Gom. tom.1. Vari.cap.11.n.35.Cost.in cap. Si pater verbo Priuare non possit n.35. Valasc.consf.54.à nu.7. Spin.in Speculo Testam. glos.16. princip. n.65.Surd.consil.393.nu.18.Ceuall. Communium q.183.

3 In text.ibi (*de seu filho legitimo*) Procedit in filio emancipato præterito,vide Cost.in §.& quid si tantum p.3.n.163. P. Molin.de Iustit.d. disp. 175. vers.Vtrum vero hæc eadem aliás n.35.cum seqq. Bernard. Greuæ.ad pract.cameræ imp.lib.2. cõcl. 113. num.7.

4 Procedit in filio posthumo exhæredato,aut præterito , quia eo ipso quod nascitur reddit nullum testamentum , in quo præteritus est, vel exhæredatus,& non antea. Vide Gam.decis.153. Gom. l.3. Tauri nu. 79. Cardos. in Praxi verbo Legatũ n.29. P.Molin.d.disp.175. vers.Posthumus præteritus,aliàs n.30.Ceuall. Commun.contra commun.q.181.& q.182.cum Rip. Azeued. Mantic. & alijs resoluit habere locum etiamsi posthumus exhæredatus,aut præteritus sit à patre ignorante se eum habere.

5 Procedit in filio naturali peditis,qui à patre præteritus,vel iniuste exhæredatus potest impugnare eius testamentum, saltem vt duas partes bonorum ab hæredibus institutis auferat ita Thom.Valasc. tom.1. alleg.6.n.26.cum seqq.

6 Testamento per natiuitatem posthumi

posthumi præteriti rupto an operetur clausula codicillaris? Quæstio ingens est, cuius magna vere dissoluendi Iurisconsultos, & antiquos, & modernos, & recentissimos torsit cura, vide Vincent. Hond. cons. 74. vol. 1. Anton. Gabri. tom. 5. commun. opin. lib. 6. ti. de Clausulis concl. 7. & 8. pag. 407. Petr, Gilchen. d. Auth. ex causa nu. 10. cum seqq. Anton. Thesaur. decis. Pedam. 141. Franc. Viui Neapol. decis. 422. per totam Menoch. de Præsumpt. lib. 4. q. 32. Marc. Anton. de Amatis Rotæ Prouinc. Marchiæ decis. 10. Caualcan. decis. 29. nu. 7. & 22. lib. 4. Fachin. lib. 4. controuers. cap. 12. cum duobus seqq. Ceuall Commun. contra communes q. 180. cum sequentib.

7 In text. ibi (*legitimo*) Et ita agens vt filius ad legatum, vel hæreditatẽ, debet probare se filium, & legitimũ, vide Mascard. de Probat. concl. 786. n. 7. & 8.

8 In text. ibi (*sabendo que o tinha*) Vide Menoch. de Arbit. casu 147. & cons. 37. num. 83. & de Præsumpt. lib. 4. q. 172. num. 3. Benedict. Capra tom. 2. Commun. Opin. lib. 6. tit. 17. n. 4. Thesaur. Pedam. decis. 141. Anton. Fab. in suo Codice tit. de liberis præteritis, & exhæred. definit. 1. Baptist. Costa de facti scientia, & ignor. cent. 2. dist. 2. Mich. Crass. to. 1. Commun. Opin. lib. 5. tit. 17. num. 4. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 113. nu. 6. Stephan. Gratian. d. cap. 398. n. 10. cum seqq. Ceuall. q. 183.

9 In text. ibi (*he per direito nenhũu*) Vide Benedict. Pinell. select. iuris interpret. lib. 1. cap. 8. n. 17.

10 In text. ibi (*mas os legados conteudos no dito testamento serão em todo o caso firmes*) Legata, vel etiam fideicommissa non concidunt testamento ex causa, vel præteritionis, aut exhæredationis nullo, vide Clar. §. Testamentum q. 52. n. 1. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. cõcl. 113. nu. 1. Stephan. Gratian. d. cap. 398. n. 6. cum seqq. sustinebitur, & officium executoris, quia est accessorium arg. c. si super gratia de offic. deleg lib. 6. & tradit. Guterres Pract. cap. 30. n. 2. lib. 2.

11 Quid in legatis relictis ipsi filio præterito, vel exhæredato, qui annullauit patris testamentum? Dic non conseruari vt per Gom. l. 24. Tauri n. 3. vers. Secundo principaliter, post Rip. Roman. Segur. & alios Ceuall. Communium contra commun. q. 503. per totam.

12 Nota fideicommissum etiam vniuersale ex testamento ob præteritionem nullo restitui vt per Clar. in §. Testamentum q. 54. n. 1. Lusit. Emman. Soar. recep. sentent. lit. F. n. 110. Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 6. tit. 16. n. 116. Anton. Fab. in suo Codice tit. de Liberis præteritis, vel exhæredatis definit. 2. Franc. Viui. Neapol. decis. 420. sub n. 17. Pereg. de Fideicom. art. 2. n. 24. & cons. 81. n. 3. vol. 1. Valasc. cons. 54. n. 8.

13 Legata testamento ob præteritionis, vel exhæredationis causam nullo actione ex testamento dantur, vide Fachin. lib. 4. controuers. cap. 20. Bernard. Greuæ. ad pract. Cameræ Imp. lib. 2. concl. 113. consid. 1. à princip.

14 Quid in testamentaria tutela? Vide Mich. Grass. tom. 1. Commun. Opin. lib. 5. tit. 17. nu. 3. pag. 756. v bi resoluit quod tutoris datio sustinetur Gutierres Practicar. lib. 2. cap. 30. num. 2.

15 Quid in nominatione emphyteutica? Negatiuè Valasc. cons. 61. sed melius P. Molin. de Iustit. tract. 2.

disp.175. vers. Referente Cald. Pereira de Nominat. Emphyt. cap. 8. nu. 7. Thom. Valasc. tom. 1. Allegat. iuris alleg. 61. n. 13. cum seqq.

Quid si filius approbet testamentum, in quo fuit à patre exclusus an possit petere à patre legitimam? Vide Menoch. consl. 71. n. 3. vbi resoluit quod sic, & n. 4. quod filia acceptando legatum sibi à patre factum non excluditur à legitima.

AD §. II.

In text. ibi (*declarando o pay, &c.*) Desumitur ex l. Omnimodo vers. Nam si Cod. Inoffic. testam. Vide Cardin. Mantic. de Coniecturis vltim. volunt. lib. 4. tit. fin. n. 37. Secus in fratre quia licet in testamento fratris non declaretur causa ingratitudinis potest per hæredem opponi ex Salic. & Ias. num. 7. in l. Fratres Cod. inofficioso testam.

AD §. III.

Legata relicta in testamento, quo testator filium præterijt ignorans se eum habere non valent.

Vide Anton Gom. l. 24. Tauri n. 3. Petr. Gilcheni. in Auth. Ex causa à nu. 9. Cod. hoc tit. Baptist. Costa de facti scientia cent. 2. dist. 2. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 175. vers. Intelligendum præterea, aliàs nu. 11. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imp. lib. 2. concl. 113. n. 6.

AD §. IIII.

Desumitur ex Auth. vt cum de appellatione cognoscitur §. Aliud collat. 8. Vide Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 175. vers. Hæc omnia, aliàs n. 2.

I text. ibi (*& isso mesmo auerà lugar*) Vide Clar. in §. Testamentum q. 38. à n. 8. Valasc. consl. 61. n. 3.

AD §. V. & vlt.

1 Vide Clar. in §. Testamentum q. 46. à n. 2. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 175. vers. Intelligendum, aliàs n. 11.

2 Nota primò quod si filius monstrum nascatur non rumpit testamẽtum ex l. 3. Cod. de posth. liber. instit. Vide Tiraq. in l. Si vnquam verbo Susceperit num. 165. & 209. Idem si posthumus natus illico decesserit, vide Cardoso in Praxi iudicum verbo Testamentum num. 19. Cald. Pereira quæst. forens. cons. 39. num. 13.

3 Nota secundò quod natus ante sex menses conceptionis, vel in octauo mense viuere non potest, & hic filius abortiuus non rumpit testamẽtum nec transmittit hæreditatem. Vide Tiraq. in l. Si vnquam verbo Susceperit liberos nu. 154. 167. 205. Clar. in §. Testamentum q. 45. nu. 5. Mascard. de Probat. concl. 805. & concl. 1146. & concl. 1084. vbi an præsumatur natus tempore maturo. Menoch. de Præsump. lib. 6. q. 52. Gutier. Practic. lib. 2. q. 100. Cald. Pereira quæst. forens. consl. 39. nu. 13. in fine. optimè D. Mart. in votis nouiss. decisionum voto 55. n. 6. & 7. & voto 153. per totum, vbi n. 7. & 10. dicit quod partus in vndecimo mẽse post mariti mortem censetur legitimus si fœmina sit non ambiguæ pudicitiæ, & allegat Gam. decis. 325. & num. 11. testatur quod raræ, aut nullæ mulieres ex ipso coitu conceptionem sentiunt.

Ad tit. 83. Ordin. Regiæ

Dos testamentos dos soldados, & pessoas que morrem na guerra.

HOc ideò statutum est, quia Princeps, & Palatini Senatores ob multitudinem negociorũ nõ possunt diplomata á Notarijs conscripta percurrere, ideo iubent fieri abbreuiaturas, in quibus substantia diplomatis contineatur sub pœna in ista lege imposita, & si plus minus uè in subscriptione pŏsitum sit, nemini tamen nocuisset non est Notarius hac pœna mulctãdus iuxta tradita per Menoc. de Arb. casu.506. n.23.

Ad tit.12. Ordinat. Regiæ.

In antiq. ti 6 primũ lata fuit à Rege Alphonso II.

Dos que fazem moeda falsa, &c.

De falsa moneta.

DEsumitur hæc Ordin. ex l.1. & seqq. Cod. de falsa moneta. Cõcordant apud Hispanos l. 9. tit.7. part.7. & l.5. tit.17. lib.8. nouæ Recop. Vide Soar. Viui. Kirchou. & alios tom.2. Cõmun. Opin. lib.9. tit. 19. pag.514. Clar. in Pract. §. Falsum nu.37. & 38. Hippol. consf.47. & .71. Iodoc. in sua Praxi cap. 65. & cap. 125. n.15. Afflict. lib.3. constit. Rub. 40. Cou. in Clem. Si furiosus p.2. in princip. n.11. & in tract. de Numism. cap.8. Gom. l.83 Tauri à n.3. & tom. 3. Vari. cap.3. n.4. Menoc. de Arbitr. casu 316. á n.7. Petr. Greg. Syntagm. lib.36. cap.2. Franc. Marc. decis.87. Canter. in quæstion. crim. cap.7. á nu.19. Montalu. l.7. tit.12. lib.4. fori. Vincent. de Franc. decis.351. & 401. Decian. tract. crim. tom.2. lib.7. cap. 23. cum seqq. Mascard. de Probat. concl.1065. Perez lib.4. Ordin. pag. 847. Gutier. Pract. li.3. q.4. Azeued. l.5. & 6. tit.17. lib. 8. nouæ Recopil. Bernard. Muscatel. in Practic. crimin. titul. de falsa moneta Pradil. in Summ. legum pœnal. p.1. cap.23. P. Molin. de Iust. tract.2 dis.702. Farin. in Praxi crimin. q.115. D. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges Styli l.78.

l. 78. á nu. 79. cum seqq. Cabed. p. 2. decis. 45. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 13. n. 38. cum seqq.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text. ibi (*todo aquelle, &c.*) Quid si sit clericus? Vide Salzed. ad Bernard. cap. 117. annot. fin. Christoph. de Paz in Scholiis ad leges styli l. 78. à num. 97. Farin. in Praxi crimin. quæst. 115. num. 33. vbi resoluit quod degradatur, & curiæ sæculari traditur.

2 Quid si sit rusticus? Vide Menoch. de Arbitr. casu 194. nu. 32 Farin. in Praxi crimin. q. 98. á num. 22. & n. 50.

3 In text. ibi (*que falsa moeda fizer*) Excusabitur si cuderit monetam minimi valoris, vide Tiraq. de Iudicio in rebus exiguis vers. 80. fol. mihi 46. Farin. d. q. 115. n. 90 Menoch. d. casu 316. n. 33. Mench. lib. 1. Success. §. 7. n 37 & seq. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 27. n. 2. vbi n. 12. quod excusabitur cudens monetam alia effigie, quam effigie Principis, & nu. 7. quod etiam excusabitur si pœnitentia ductus non perficiat.

4 In text. ibi (*fauor, ajuda, ou conselho*) Vide Decian. d. lib 7. cap. 25. in princip. Farin. in Praxi crim. q. 115. n. 31.

5 In text. ibi (*morte natural de fogo*) Desumitur ex l. 2. Cod. hoc tit. Concordãt apud Hispan. l. 5. & 6. tit. 17. lib. 8. nouæ Recopil. Vide Couar. de Numismat. cap. 8. n. 3. Decian. lib. 7. cap. 28. nu. 2. & 3. Christoph. de Paz d. l. 78. n. 88. Farin. in Praxi crim. q. 115. n. 13. & q. 92. nu. 109. Cardoso in Praxi iudicum verbo Moneta n. 3.

6 In text. ibi (*& todos seus bẽes sejão confiscados*) Desumitur ex l. 1 ibi, fisco vendicetur, Cod. hoc titul. Vide Menoch. d. casu 316. n. 6. Farin. d. q. 115. num. 14. D. Christoph. de Paz d. l. 78. n. 96. Decian. d. lib. 7. cap. 28. num. 11.

7 In text. ibi (*ao Rey sòmente pertence fazella*) Cõcordat apud Hispanos l. pen. ti 7. par. 7. Vide. Cou. de Numis. cap. 8. n. 1 Bernar. Muscatel. in Pract. crimin tit. de falsa moneta nu. 2. Pereg. de Iure fisci lib 1. tit. 1. num. 25. & tit. 2. nu. 97. Morl. in Emporio iuris p 1. titul. 2. q. 24. num 4. Cabed p. 2. decis. 45. à princip. Cardoso in Praxi iudicum verbo Moneta num. 2. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 26. num. 1. *Moneta cu sio est de regalibus.*

8 In text. ibi (*por nosso mandado*) Quod si dubitetur an sit falsa respectu auctoritatis monetæ cudendæ nõ habitæ tunc inquisitus tenebitur docere de auctoritate, ita Decian. d. cap. 26. n. 7.

AD §. I.

1 Desumitur ex l. 1. Cod. de falsa moneta. Concordat apud Hispanos l. fin ti. 7. par. 7. vbi glos. 1. Vide Cou. de Numis. cap. 8. n. 3. vers. Pœna autẽ. Decian. tract. crim. lib. 7 ca. 27. n. 8. & cap. 28. n. 12. Mascard. de Prabat. concl. 1065. nu. 2. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 702. n. 3. Farin. in Praxi crim. q. 115. n. 16. *Domus in qua fabricatur moneta falsa scite domino cadit fisco.*

2 In text. ibi (*o descubrisse à nòs*) Excusabitur dominus domus, in qua fabricatur moneta falsa, si quãprimũ id sciuit, indicauit magistratui ex d. l. 1. resoluit Decian. d. cap. 27. n. 8. & Farin. d. q. 115. n. 17. resoluit quod domus, in qua fabricatur falsa moneta habet præsumptionem contra se scientiæ, & participationis.

3 In text. ibi (*de algũa viuua*) Nota quod vidua excusatur á scientia fabricationis falsæ monetæ cusæ in eius domo. Desumitur ex l. 1. §. Vidua

ff.de falsis, resoluit Farin. in Praxi crimin.p.3.tit. de pœnis temper. q. 98. n.2.

4 In text.ibi(*de quatorze annos*)Vide apud Hispanos l. fin. tit.7. part. 7. vers.E aun dezimos.Gom.tom.3. Vari.cap.1. num.57. Farin. d. q.115. num.97. & quæst. 92. num. 109. an mitius puniatur minor.

AD §. II.

Vide Decian. tract. crimin. lib.7. cap.28.num.11.& 13.

Hac lex primùm lata fuit à Rege Dyonisio.

AD § III.

De expendente falsă monetam.

1 In text.ibi(*comprando, ou vendendo,ou expendendo*)Desumitur ex l.Lege Cornelia §. Eadem pœna ff. de Falsis.Vide Afflict.ad constit Regni Siciliæ Rub. Adulterinam §.1. nu.3. Clar.in §.Falsum n.38.Hippol.cons. 47.lib.1. Menoc.de Arbitr.casu 316. à n.51.Vincent.de Franc. decis.401. Aloys.Ricc.in collect.decis.p.1.collect.172.amp.4.Farin.in Praxi crim. q.115.n. 81.& à nu.130. Decian.tract. crim.lib.7.cap.25.n.3.cum seqq.

2 Limita primò vt expendens falsam monetam nulla lege puniatur si doceat à quo habuit illam. Ita Decian.tract.crimin.lib.7.cap.27. n.9. Farin.in Praxi crimin.q.115. n.145. Anton.Fab.in suo Cod. sub hoc tit. definit.2.

3 Limita secundò in expendente veterem monetam reprobatam à suo Principe,qui mitiori pœna punietur.Vide Decian.d.cap.25. n.10. & cap.27.n.6.Menoch.d. casu 316. nu.68.Dom. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges styli l.78.n.137.Farin.d.q.115.n.142.

4 Limita tertiò quando expendēs protestaretur, quod si esset falsa sibi restitueretur, quia daret bonam, quia non dicitur expendisse, cum pendeat è futuro euentu,ita Decian. d.lib.7.cap.27.n.19.vbi n.20. etiam limitat quando expendens nemini nocuisset,& n.17.quod bona opinio & fama expendentis monetam, vel eius,penes quem reperta est,minuit pœnam,& cap.25.n.9.quod ludens cū falsa moneta punitur, secus si luderet computando eam pro falsa.

5 Limita quartò in scholastico, qui mitius punitur. Vide Rebuff. de Priuilegijs scholastic. priuil.111.

6 In text.ibi (*sabendo que era falsa*) Desumitur ex l. Cornelia §. Eadem pœna ff. de falsis. Vide Couar. de Numism.cap. 8.num 4.Bursat.cons. 166. à num.8.lib.2. Menoch.de Arbitr.casu 316.num.55.Farin.in Praxi crimin.q.115.nu.154. Decian.tract. crimin.lib.7.cap.25.à n.6. vbi nu.7. quod ignorantia affectata, vel crassa non excusabit.

7 Nota quod hæc ignorantia probabitur iuramento ignorantis falsam esse monetam,dūmodo concurrat præsumptio ignorantiæ pro allegante illam, secus tamen si sint ex aduerso præsumptiones,vel coniecturæ inferentes ad scientiam. Vide Decian.d.cap.25.n.8. Seraphin. de Priuilegijs iuram.priuil.4. n.136. Farin.d.q.115.n.59.

AD §. IIII.

De tondentibus vel radentibus

1 Concordat apud Hispanos l. 67. tit.21.lib.5.nouæ Recopil. Vide Peguer.decis.46.quem refert Aloys. Ricci.in collect. decis. p. 1. collect. 172.ampl.1.Decian.tract.crim. lib. 7. cap.27.n.9.& cap.28.n.6.Farin. in Praxi crimin.q.115.num.99. cum seqq. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp.702.

disp. 702. num. 8. D. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges Styli. l. 78. n. 130.

2 Limita primò in vitiante monetam reprobatam, quia pœnæ contra vitiantes monetam debent intelligi de moneta vsuali, & quæ expendi potest. Vide Alex. cons. 103. in princip vol. 1. Hippol. in l. Qui falsam num. 64. ff. de falsis. Gom. l. vlt. Tauri num. 8. Tiraq. de Retract. lig. § 1. glos. 20. num. 12. Decian. d. lib. 7. cap. 25. n. 11.

3 Limita secundò in falsificante falsam monetam. Vide Cot. in Memorab. verbo Actus nullus, Menoc. de Arbitr. casu 316. n. 19. cum seqq. Surd. decis. 282. nu. 18. Decian. d. lib. 7. cap. 27. n. 14.

4 Limita tertiò in tondente modicam quantitatem, vide Decian. lib. 7. cap. 27. nu. 2. Peguer. decis. 46. Farin. d. q. 115. n. 111.

5 Limita quartò in falsificante monetam alterius Principis. Vide Vincent. de Franch. decis. 440. quẽ refert Aloys. Ricci. d. collect. 172. limit. 2. Farin. d. q. 115. n. 77.

AD §. V.

Vide eleganter Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 23. num. 15. Farin. in Praxi crimin. quæst. 115. á num. 37.

AD §. VI. & vltim.

Desumitur ex l. 2. vbi glos. verbo Immunitatem Cod. hoc titul. Vide Adrian. Puluæ. in cõment. ad l. Interpositas Cod de Transaction. pag. mihi 97. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 24. nu. 11. Farin. in Praxi crimin. q. 115. à n. 41. P. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 702. n. 7.

Ad tit. 13. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 12.

Dos que cometem peccado de Sodomia, & com alimarias.

De Sodomia.

Desumitur hæc Ordin. ex l. Cũ vir Cod. de Adulter. vbi horribiliter, verbis tamen elegantibus? Imper. loquutus est, & ex Auth. Vt non luxurientur homines collat. 6. Cõcordant apud Hispanos l. 2. tit. 21. part. 7. & l. 1. tit. 21. lib. 8. nouæ Recopil. vbi Azeu. Vide de ea Lactant. in libro de falsa Religione cap. 10. num. 36. Cou. in Clem. Si furiosus p 1. §. 1. num. 6. Anton. Gom. l. 80. Tauri. à nu. 32. Ioann. Vella do pœnis delict. cap. 33. Clar. lib. 5. §. Sodomia. Iacob. Reuard. de iuris ambig. lib. 4. cap. 20. Cott. in Memorab. verbo Pedicones Menoch. de Arbitr. casu 286. Viui Commun. verbo Sodomiæ delictum, & tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 7. n. 154. pag. 479. Peguer. decis. 72. cum multis sequentibus Rebuff. de Pacificis possess. num. 208. Auend. resp. 31. Bernard. & Salzed. in Pract. cap. 86. Mascard. de Probation. concl. 1313. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 1. collect. 184. & p. 3. collect. 525. Zerol. in Praxi Episcop. p. 1. verbo Nefandum pag. 263. Bernar. Muscatel. in Pract. crimin. tit. de Adulterio, Stupro, Incestu, Raptu, Sodomia à num. 26. cum multis sequentibus Cardin. Cæsar. Baroni. tom. 3. Annalium Ecclesiæ anno Christi 343. pag. mihi 405. Pradil. in Summa legum pœnal. p. 1. cap. 11. Cardoso in Praxi iudicum verbo Sodomia. Thom. Valasc. tom. 1. Allegat. iuris allegat. 13. á num. 19. Ceuall. Communium contra commun. quæst. 248.

plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 130. Ex Theologis latissimè de ea egerunt Petr. Ledesm. in Sum. p.2. tract. 27. cap. 5. Sayr. in Claui Regia lib. 8. cap. 5. n. 16. Pat. Azori. Instit Moral. p.2. lib. 7. cap. 18. col. 875. & p. 3. lib. 3. cap. 18. cum seqq. Frat. Emman. quæst. Regular. tom. 2. q. 28. art. 1. P. Ioann. Pined. in Iob. tom. 2. cap. 36. vers. 14. pag. mihi 708. P. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 22. à n. 49.

Costitueram de hac fœdissima materia, nec quicquam tractare, sicut multùm honestè fecerunt nostri interpretes eam silentio prætereuntes, & non immerito quidem vulgó nomen sortitum est vitij nefandi, ideó, quod ne fari quidèm de eo liceat, & in tantum hoc verum est quod diabolus fugit quando tale nefandum crimen committitur vt scribit Afflict. in constit. Neapol. lib. 3. Rub. 42. nu. 11. & memorabile est illud quod scribit D. Hieronymus super Isaiam, & Iob, quod in illa nocte, qua Christus Redemptor noster natus est ex Virgine Maria omnes sodomitæ mortui fuerunt, & cum illis Virgilius celebratissimus Poeta, qui illo morbo laborabat, vt ex Bermond. Bonacos. & alijs refert Ceuall. d. q. 248. n. 10. exclamat Hortens. Caualcan. in tract. de Brachio Regio p. 4. n. 79. lit. B.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

In text. ibi (*toda a pessoa*) Limita in minore, qui iudicis arbitrio est puniendus, vide Menoch. de Arbitr. casu 286 n. 19. Farin. in Praxi crim. q. 92. n. 83. cum seqq. & q. 148. n. 76. & cons. 33 nu. 15. vbi additio. Rubi. Lipsiæ decis. 65. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 4. n. 79. lit. E.

Quæ sit pœna pueri sodomitati? Vide Caualcan. lib. 3. decis. 13. per totam.

An dictum huius minoris attestantis se de hoc crimine attentatũ fuisse faciat indicium contra attentatorem? Negant, non concurrentibus alijs indicijs atque coniecturis. Triuis. Venet. decis. 14. p. 2. D. Marta Pisana decis. 138. Aloys. Ricci. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 80. Gasp. Thesaur. Taurinensi decis. 35. Viui. decis. 157. & in vxore erga virum resoluit Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 1. nu. 282. vers. In summa in med.

Clerici ex constit. 70. Pij V. in Bullario tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omniq; officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico priuantur, & per iudicem Ecclesiasticum degradati curiæ sæculari traduntur, quæ constitutio cũ de exercentibus Sodomiæ crimen loquatur, solùm habet locum in eo, qui illud ex vsu continuato exercet. Ita Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 30. art 19. Sayr. de Censur. lib. 7. cap. 12. n. 23. P. Auila eod. tract. p. 3. disp. 4. dubit. 7. P. Henriq. in Sum. lib. 13. cap. 36. in glos. lit. N. & lib. 14. cap. 5. lit. F. P. Ledesm. in Sum. p. 2. tract. 27. cap. 15. concl. 4. D. Mart. de Iurisdict. p. 2. cap. 16. plures Doctores refert Nicol. Garci. de Benefic. p. 11. cap. 10. n. 198.

In text. ibi (*seja queimado*) Vide Gom. l. 80. Tauri num. 32. ad finem. Clar. in §. Sodomia n. 2. Menoch. d. casu 286. à n. 2. Farin. in Praxi crim. q. 148. nu. 1. & 4. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 3. cap. 19. in princip. D. Mart. d. p. 2. cap. 2. à n. 15. *Igni traditur.*

In text. ibi (*confiscados*) Vide Gom. d. l. 80. num. 32. in fine. Menoch. d. casu 286. *Bona confiscantur.*

casu 286.n.9.Pereg.de Iure fisci lib. 5. tit.1.n.169.Farin.d.q.148.n.12.

Infames fiunt. In text.ibi(*infames*) Vide Donell. comment.iuris ciuilis lib. 18. cap.7. col.1.Farin.d.q.148.n.11.Cardoso in Praxi iudicum,& aduocat.verbo Sodomia n.8.

Non possunt testari, Quod sodomita non possit testari tenent Cou. in Clem. Si furiosus p.1.§.1.nu.6.col.4. Guillelm.in cap. Rainuntius verbo Mortuo nu. 139. Menoch.casu 286.n.10.& casu 360. n.59.& 60. Auend.ad l.4.Tauri glos. 7. nu.16.Farin.d.q.148.nu.16.quod procedere etiamsi non esset condẽnatus dicit Franc. Marc. Delphin. decis.892.quem refert Aloys.Ricci. in collect. decis. p.1. collect.184. in fine.

AD §. I.

In antiq. §.2. vers. E esta lei.

Vide Clar.in §.Fornicatio nu.28. vers.Inter mulieres,Gom.l.80.Tauri nu.34. Viui.tom.2.Communium Opin.lib.9.tit.7.n.160.pag.482.Cardoso in Praxi iudicum verbo Sodomia nu.4. D.Mart. de Iurisdict.p.2. cap.15.à n.15.&17.plures Doctores refert Cened. ad Decretal. collect. 130.nu.3. Peguer.decis.72.Farin.in Praxi crimin.q.148.à n.35.

AD §. II.

In antiq. §.vlt.

De bestialitate. Vide Clar.in §.Fornicatio nu.27. Gom.l.80.Tauri nu.35.Menoch.de Arbitr.casu.286.n.7. Farin.in Praxi crimin.q 148 nu.46. Sayr. in Claui Regia lib.8.cap.5. à nu.18. P.Azori. Instit.Moral.p.3.lib.3.cap.22. P.Valeri.Reginald.in Praxi fori Pœnit. lib.22.n.51.

Nota quod quando propter hoc crimen animal alicuius interficitur pretium animalis soluendum est domino de bonis delinquentis, si soluendo est defunctus,secus si non est soluendo, nam tunc solui debet ex pecunia fiscali,ita Ignat.del Villar in Sylua respons.lib.1.resp.4.á n.11.

Nota quod clerici non incurrunt pœnas,de quibus in constitut.Pij V. propter crimen bestialitatis. Ita Nicol.Garci. de Benefic. p.11. cap. 10. n.204.contrarium tamen tenet Stephan.Quaran. quem citat Farin. d. q.148.num.47.

AD §. III.

Vide Gom.l.80.Tauri nu.34.Farin.in Praxi crimin.q.148.nu.38. & 64.Sayr.in Claui Regia lib.8. cap.5. à n.2.cum seqq.

AD §. IIII.

In text.ibi (*fizer certo*) Veluti per legitimas probationes, quia præsumptiuæ probationes non sufficiũt vbi manifesta probatio requiritur. Ita Seraphin. de Priuilegijs iuram. priuil.7.num.12.

AD §. VI.

1 Nota sodomiam attentatam nõ probari per socium criminis attentationis.Ita D.Mart. in votis nouissim.decis.voto 138.à n.1.

2 Vtrum hoc crimen tentans veniens ad actum proximum, puniendus sit, acsi consumasset? Vide Peguer. decis.72. & 75. quem refert Aloys.Ricci.in collect.decis.p.1.collect. 184. in med. Farin. in Praxi crim.q.148.á n.56.

3 De osculis,& tactibus impudicis vide Sayr.in Claui Regia lib.8. cap. 6. P.Azori. Instit.Moral. p.3. lib.3. cap.25.Farin.d.q.148.á n.71.

AD §. VII.

Vide Gom. l. 80. Tauri nu. 18. & tom. 3. Vari. cap. 12. nu. 9. Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 1. nu. 59. fol. mihi 17. Mascard. de Probat. concl. 1313. à n. 2. Farin. in Praxi crimin. q. 148. num. 67.

AD §. fin.

Vide Gom. tom. 3. Vari. cap. 13. à num. 7. Farin. in Praxi criminal. q. 148. à num. 65.

In antiq. tit. 11.

Ad tit. 14. Ordinat. Regiæ.

De infideli Christianã & de Christiano infidele carnaliter cognoscente.

Do infiel que dorme com algũa Christãa, & do Christão que dorme com infiel.

Vide Doctores in l. Ne quis 5. Cod. de Iudæis. Concordant apud Hispanos l. 9. titul. 24. part. 7. & l. 10. tit. 25. eadem part. 7. Vide Clar. lib. 5. §. Fornicatio nu. 25. Bonacos. p. 1. verbo Iudæus fol. 98. verso. Villalob. Commun. Opin. lit. I. n. 118. Fichard. tom. 1. Communiũ Opin. lib. 1. tit. 26. de Iudæis num. 8. pag. 211. Marques. de Iudæis, & infidelib. p. 2. cap. 3. n. 15. Hippol. Riminald. in l. Imperium à n. 45. ff. de Iurisdict. omnium iud. Menoch. de Arbitr. casu 290. n. 2. Mozzi. de Contrac. trac. de Matr. tit. Qui possũt cõtrahere Matrimonium n. 26. Perez l. 7. in princip. verbo Duerme con hombre que no es de su lei titul. 19. lib. 8. Ordin. Cou. de Sponsal. p. 2. cap. 6. §. 11. n. 3. Gom. l. 80. Tauri nu. 26. Boer. decis. 316. Alciat. lib. 7. Parerg. cap. 23. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 12. à n. 20. cum seqq. Farin. in Praxi crimin. q. 139. á princip. P. Molin. de Iustit. tract. 3. tom. 4. disp. 104. nu. 6. Pradil. in Summa legum pœnal. p. 2. casu 6.

Ad Princip. Ordin. Regia.

In text. ibi (*qualquer pessoa*) Minori tamen mitiorem pœnam esse imponendam tenet Farin. in Praxi crim. q. 139. à n. 8.

2 In text. ibi (*moura, ou Christãa*) Siue sit nupta, siue meretrix. Menoch. de Arbitr. casu 29.0. n. 16. Perez l. 7. verbo duerme con hombre tit. 19. lib. 8. Ordin. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 12. nu. 20. Farin. d. q. 139. n. 11. P. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 104. n. 6.

3 In text. ibi (*morrà por isso*) Concordat apud Hispanos l. 9. verbo Atreuença ti. 24. p. 7. sequitur Boer. decis. 316. incip. si quis volens n. 5. Farin. d. q. 139. n. 1.

4 Arbitrariam verò pœnam, & non mortis in Italia, alijsque partibus imponi tenent Oldrad. cons. 333. quod est vltimum, vbi refert propter hoc vidisse suspensa virilia cuiusdam iudæi in platea, sequuntur Clar. §. Fornicatio num. 20. Menoch. d. *casu* 290. n. 9. & post Corn. Calder. *Roman.* & alios Decian. d. cap. 12. num. 20.

5 In text. ibi (*por ignorancia*) Vide Decian. d. cap. 12. num. 24. Farinac. d. quæst. 139. num. 43. vers. Limita vnico modo, vbi num. 46. resoluit hanc ignorantiam præsumi, & ideò teneri fiscum eam probare, & num. 47. limitat data ignorantia crassa.

AD

In antiq. tit. 24.

Ad tit. 15. Ordin. Regiæ.

Do que entra em Mosteiro, ou tira freira, ou dorme com ella, &c.

VIde Doctores in l. Si quis non dicam Cod. de Episcopis, & cler. & in l. Vni. Cod. de Raptu virginum vbi Marsil. à n. 53. & in Auth. de Sanctissimis Episcopis §. pen. collat. 9. Vide etiam latè Griland. de pœnis omnifarij coitus q. 1. & 10. Gom. l. 80. Tauri n. 36. Octauian. Pedam. decis. 103. Felician. in Decalogi præcepto 6. cap 7. Clar. §. Fornicatio num. 14. vbi Baiard. num. 17. Salzed. ad Bernard. cap. 81. Menoch. de Arbitr. casu 389. nu. 24. & casu 502. n. 41. Cardin. Tolet. in Sum. lib. 5. cap. 12. nu. 5. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 20. Mascard. de Probat. concl. 1253. n. 7. Perez l. 5. vers. Quæro vlteriùs titul. 15. lib. 8. Ordin. Bernard. Muscatel. in Praxi crimin. tit. de Adulterio, Stupro, &c. n. 20. pag. 495. in fine. P. Azori. Instit. Moral. p. 3 lib. 3. cap. 26. Sayr. in Claui Regia lib. 8. cap. 5. nu. 21. Par. Molin. de Iustit. tom. 4 tract. 3. disp. 105. n. 12. Farin. in Praxi crimin. q. 145. & 146. D. Mart. de Iurisdict. p. 2. cap. 26. Pradil. in Sum. legum pœnal. p. 1. cap. 6. & hæc Ordinatio ampliata est per aliam, quæ sita est in fine huius libri fol. 178.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*todo homem*) Non cõprehendit clericum, cui ius Canonicum beneficijs priuat, depositumq; detrudit in arctum monasterium vt in cap. si quis Episcopus, & in cap. Si qua monacharum 27. q. 1. Vide Bernard. in Pract. cap. 81. num. 2. vbi Salzed. verbo Deponatur, Baiard. ad Clar. §. Fornicatio n. 18. Menoch. de Arbitr. casu 360 num. 57. & casu 389. n. 24. Decian. tract. crimin lib. 6. cap. 20. n. 6. Farin. in Praxi crim. q. 146. à n. 26.

2 In text. ibi (*dentro do encerramento*) An sub hoc verbo comprehendãtur septa, & horti? Vide Remig. de Immunit. Eccles. ampl. 3. nu. 20. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. q. 75. art. 2. Quid si ad fænestras monasterij de nocte quis fuerit repertus? Vide Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 6. n. 327. vers. Veruntamen vbi resoluit quòd pœnam vltimi supplicij minime euitabit.

3 In text. ibi (*para fazer nelle algũa cousa illicita*) Non procedit in ingrediente vt rem habeat cum puella seruiente, aut cum alia fœmina non moniali. Vide Clar. §. Fornicatio n. 22. Decian. d. cap. 20. nu. 14. Farin. d. q. 146. n. 21.

4 In text. ibi (*pagarà cem cruzados*) In noua tamen constitutione, quæ posita est in fine huius libri punitur delinquens quingentis aureis, quæ monasterio offenso applicantur ibi *para o mosteiro*.

5 In text. ibi (*morte natural*) Vide Perez l. 5. vers. Laicus autem tit. 15. lib. 8. Ordin. Clar. §. Fornicatio nu. 17. Menoch. casu 384. & casu 389. n. 42. Farin. d. q. 146. à n. 3. Decian. d. cap. 20. nu. 6. Pradil. in Sum. legum pœnal. p. 1. cap. 6. n. 3. D. Mart. de Iurisdict. p. 2. cap. 26. n. 7.

AD §. I.

1 In text. ibi (*for prouado*) De modo probandi raptum videndus est Mascard. de Probat. concl. 1253.

2 In text. ibi (*induzimento*) Vide

Baiard.

Baiard. ad Clar. §. Raptus num. 20. Mascard. d. concl. 1253. á n. 29.

3 In text. ibi (*de mòr qualidade*) Hæc distinctio inter nobiles, & ignobiles sublata est per nouam constitutionem de qua supra.

AD §. II.

1 Pœna de qua in hoc §. mutata est in noua constitutione vers. E prouandose, &c.

2 In text. ibi (*de Religião approuada*) Vide Farin. in Praxi crimin. q. 146. num. 19. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 20. num. 15. vbi de Pizcharis Sancti Francisci.

AD §. III. & vltim.

1 In text. ibi (*freira algũa*) Professa scilicet, quia si non esset professa nõ diceretur monialis, & consequenter nec sacrilegium committeret eam cognoscens. Ita Bernard. Muscatel. in Praxi crimin. titul. de Adulterio, Stupro, &c. n. 26. Vnde cognoscens non professam non punitur eisdem pœnis, sed bene grauioribus, quam si aliam extra monasterium laicam cognouisset, & hoc ratione loci. Vide Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 20. n. 13. & nu. 14. idem resoluit de cognoscente conuersam.

2 In text. ibi (*para poder andar fora*) Quibus casibus moniales è monasterio exire posint? Vide filium meum Pat. Augustinum Barbos. in Remißionibus ad Concil. Triden. Seß. 25. de Regular. cap. 5. à num. 3. fol. 137. An & quando Episcopus posit dare licentiam exeundi? Vide Navar. in cap. Constituimus 19. q. 3. n. 49. & cons. 24. de Regular n. 4. & comment. 4. de Regular. n. 48. Cened. ad Sextum collect. 31.

Ad tit. 16. Ordinat. Regiæ.

Do que dorme com a mulher que anda no Paço. *In antiq. tit. 32. à §. 4.*

Ad Princip. Ordin. Regia. *In antiq. tit. 23. §. vlt.*

IN text. ibi (*todo homem*) Vide quæ notat Farin. in Praxi crimin. q. 149. n. 31. ad finem.

In text. ibi (*perderà toda sua fazenda*) Interueniente scilicet sententia declaratoria. Vide Cald. Pereira de Extinct. cap. 17. á nu. 11. D. Barbos. in l. Si alienam n. 66. ff. Soluto Matrim. Cabed. p. 1. decis. 63. n. 6.

AD §. I.

1 In text. ibi (*sendo prouado*) Quomodo probari debeat? Vide Farin. in Praxi crimin. q. 144. n. 80.

2 In text. ibi (*caualeiro*) Vide Farin. in Praxi crimin. q. 147. num. 6. vers. Regula sit.

3 Quam pœnam incurrat famulus habens accessum cum famula, vel nutrice domini in domo ipsius domini? Vide apud Hispanos l. 6. tit. 20. lib. 8. nouæ Recopil. Pradil. in Sum. legum pœnal. p. 1. cap. 5. n. 5. & familiaris delinquens in domo domini grauius delinquit, & quasi proditor est puniendus. Vide Perez l. 1. in princip. tit. 15. lib. 8. Ordin.

4 In text. ibi (*posto q̃ não dormisse*) Ergo attẽtatio, punitur sed ex generali totius mũdi consuetudine non punitur hodie attentatio, sicut consumatum, in quocunque etiam grauißimo, & atrocißimo crimine, resoluit Farin. in Praxi crimin. q. 17. n. 49. Et quod legibus omnibus conatum punientibus hodie per consuetudinem

nem generalem totius Italiæ derogatum sit testatur Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 4. collect. 766.

In antiq. tit. 13.

Ad tit. 17. Ordin. Regiæ.

Dos que dormem com suas parentas, & affins.

1 Concordat apud Hispanos tit. 18. par. 7. & l. 7. tit. 20. lib. 8. nouæ Recopil. Vide Clar. lib. 5. §. Incæstus. Perez l. 4. tit. 15. lib. 8. Ordin. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 3. cap. 9. & 10. Farin. in Praxi crimin. q. 149. Sayr. in Claui Regia lib. 8. cap. 4. nu. 1. Pradil. in Summa legum pœnal. p. 1. cap. 8.

2 De Contrahentibus incæstas nuptias vide Cou. de Sponsal. p. 2. cap. 6. §. 8. n. 5. Rebuff. ad leges Galliæ in procem. glos. 1. n. 65. Pereg. de Iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 12. cum seqq.

3 Incæstuosi qui dicantur, vide Cald. Pereira de Nominat. q. 19. nu. 50. cum seqq. Surd. de Alimentis tit. 5. q. 7. n. 41. cum seqq.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 Vide Farin. in Praxi crimin. q. 149. n. 31. Et nota patrem stuprantem filiam non præsumi patrem ex Felin. in cap. Afferte nu. 1. ad finem de Præsumpt.

2 In text. ibi (*sua mãy*) Vide Boer. decis. 318. Baiard. ad Clar. in §. Incæstus n. 3. Farin. d. q. 149. n. 61.

3 In text. ibi (*serão queimados*) In alijs tamen Regnis pœna tantùm capitis puniuntur. Vide Baiard. ad Clar. §. Incæstus nu. 4. decis. Pedam. 100. n. 4. Perez l. 4. tit. 15. lib. 8. Ordin. Farin. d. q. 149. à n. 9.

AD §. I.

1 Vide Farinac. in Praxi crimin. q. 146. n. 79. & n. 66. de nouerca, & 73. de nuru. & 70. de præuigna. & 76. de socru.

2 In text. ibi (*morte natural*) Vide Clar. §. Incæstus n. 2. vbi Baiard. n. 4. Menoch. de Arbitr. casu 502. Cabal. casu crim. 200. n. 6. Farin. d. q. 149. à n. 60.

AD §. II.

1 In text. ibi (*tia irmãa de seu pay, ou mãy*) Vide Menoch. de Arbitrar. casu 502. nu. 18. Caballin. casu crimin. 200. n. 29. Farin. in Praxi crimin. q. 149. n. 91.

2 In text. ibi (*prima com irmãa*) Vide Menoch. d. casu 502. n. 25. Farin. d. q. 149. n. 83.

3 In text. ibi (*ou com outra sua parenta*) Vide Menoch. d. casu 502. nu. 16. & seq. Caballin. d. casu 200. n. 15. Farin. d. q. 149. n. 86.

4 In text. ibi (*segundo Direito Canonico*) Vide D. Barbos. in l. Si ante nu. 40. cum seq. ff. Soluto Matrim. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 77. n. 14.

5 In text. ibi (*dez annos para Africa*) Vide Menoch. d. casu 502. à num. 31. Thesaur. decis. 100. nu. 2. Farin. d. q. 149. à n. 11. & n. 88. & 93.

6 In text. ibi (*& outros parentes, &c.*) Vide Farin. d. q. 149. n. 89. 91. & & 92.

AD § III.

1 In text. ibi (*com sua cunhada*) Vide Farin. in Praxi crimin. q. 149. n. 108. vers. Amplia 32.

2 In text. ibi (*posto que algũa das pessoas per quem se causou o cunhadio seja falecida*) An Summus Pontifex possit dispen-

dispensare vt frater cõtrahat Matrimonium cum vxore fratris præmortui? Vide Cou. de Sponsal. p. 2. §. 10. cap. 6. n. 6. Menoch. de Præsump. lib. 2. q. 10. n. 45. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 2. lib. 3. q. 15. nu. 11. D. Mart. de Iurisdict. p. 4. cent. 1. casu 64. n. 16. vbi refert Iulium II. dispensasse cum Rege Angliæ.

3 In text. ibi (*& alem das sobreditas penas perderão seus bẽes*) Vide Menoch. de Arbitr. casu 502. à nu. 48. Pereg. de Iure fisci lib. 4. tit. 5. nu. 16. Farin. d. q. 149. à n. 127.

AD §. IIII.

Vide Farin. in Praxi crimin. q. 149. n. 152. cum seqq.

In antiq. tit. 14.

Ad tit. 18. Ordinat. Regiæ:

Do que dorme por força, &c.

VIde Anton. Gom. l. 80. Tauri à n 37. Clar. §. Fornicatio n. 32. Baiard. ad eundem §. Raptus nu. 3. P. Azori. Instit. Moralium p. 3. lib. 3. cap. 16. Valasc. consult. 29. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 15. cum seqq. Farin. in Praxi crimin. q. 147. à n. 30.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 In text. ibi (*forçosamente*) Vide P. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 12. n. 5. Farin. in Praxi crimin. q. 145. n. 130. vbi resoluit quod vis, & violentia satis dicitur puellæ illata, quocunque modo referatur, vel cum armis, vel sine, vel etiam si tantũmodo aderat violentiæ metus, veluti quando puella videret armatos adstare paratos ad vim inferendã si ipsa recusaret, etsi tunc nullam vim inferant, & q. 147. à n. 28. agit de stupro violento.

2 Nota quod mulier non præsumitur per vim cognita. Ita Mascard. de Probat. concl. 1076. n. 34.

3 In text. ibi (*ganhe dinheiro por seu corpo*) Vide Gregor. l. 2. verbo Fuerça tit. 19. parr. 7. Perez l. 4. prope finem. tit. 14. lib. 8. Ordin. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 15. nu. 17. Vnde non posse iudicem compellere meretricem ad fornicandum resoluũt Cou. lib. 3. Vari. cap. 14. nu. 2. Menoch. de Arbitr. casu 291. n. 5. Perez l. 2. versic. faciũt dicta tit. 23. lib. 2. Ordin. Plac. de Delictis cap. 34. nu. 9. plures Doctores refert Cened. ad Decretum collect. 26. n. 1. nouissime tamen Lusita. Ægidi. de Iure, & priuil. honest. art. 9. n. 18 hanc Ordin. intelligit de meretrice, quæ quæstũ corpore facit, non tamen omnibus sine delectu parata est.

4 In text. ibi (*morra*) Nota quod statutum loquens simpliciter de rapiẽte mulierem per vim, & raptori imponens pœnam mortis intelligitur solùm de rapiente mulierẽ virginẽ. Ita Mascard. concl. 1003. n. 53.

5 In text. ibi (*dér ajuda, fauor, ou conselho*) De auxiliantibus, Vide multa apud Menoch. de Arbitr. casu 349. & seq. Clar. §. fin. q. 90. Grammat. decis. 25. n. 3. & 4. Hippol. cons. 24. à n. 10. & cons. 39. à n. 48. Fichard. Kirchou. & alios tom. 2. Cõmun. Opin. lib. 9. tit. 12. à nu. 13 pag. 490. Sayr. in Claui Regia lib. 10. tract. 2. cap. 12. Mascar. concl. 159. n. 18. Opem præstans post maleficium non dicitur propriè præstare opẽ maleficio. Menoch. d. casu 349. n. 21. & 22. Mascar. concl. 159. n. 23. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 78. n. 4. Farin. in Praxi crimin. q. 132. à n. 1. Insurgit tamẽ indiciũ tractatus, & participationis criminis si post delictum associati, & sequuti sint ipsum delinquentẽ. Vide Masc. concl. 1386.

concl. 1386. n. 13. Aldouin. cons. 23. n. 28.

AD §. II.

1 In text. ibi (*trabalhar para dormir cõ ella*) Nota extraordinaria pœna puniendũ esse stuprũ per vim attẽtatũ. Vide Bajard. ad Clar. in §. stuprũ nu. 37. Peguer. crimin. decis. 7. vbi de eo qui puellam inuitã & reclamantẽ in via publica inuenit, & amplexus est, eius pudicitiam attẽtando. Cald. Pereira in l. Si curatorẽ verbo vel aduersarij dolo nu. 60. ad ad fin. vers. Qua propter si virginẽ prorsus non deflorauit. quos refert, & sequitur Farin. in Praxi crimin. q. 147. n. 74. & quod hodie ex consuetudine generali totius mundi nõ puniatur attentatũ sicut consumatũ in quocunque etiã grauissimo & atrocissimo crimine. resoluit idẽ Farin. q. 17. n. 49.

AD § III.

1 Desumitur ex l. Raptores Cod. de Episcopis & cler. & l. 1. Cod. de Raptu virginum. Vide Azo. in sum. tit. de Raptu virginum. Berber. in Pract. rub. 3. de Raptor. Bonacos. p. 1. verbo Raptor. Clar. in Pract. §. Raptus. Conrad. in Pract. rub. de Raptorib. Iodoc. in Pract. c. 95. de Raptũ Bonif. de Vitalin. in tit. de Raptorib. Viui. Kirchou. Soar. & alios tom. 2. Cõmun. Opin. lib. 9. tit. 11. pag. 487. Zerol. in Praxi Episcopali verbo Raptus. Cardos. in Praxi iudicũ verbo Raptus. Peguer. decis. 42. & 43. Thesaur. decis. 207. Pradil. in sum. legũ pœnal. p. 1. c. 7. Dom. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges styli l. 122. P. August. Barbosa filiũ meũ in Remiss. ad Cõcil. Trid. sess. 24. de Reformat. c. 6. fol. 97. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 1. collect. 82. Decian. tract. crimin. lib. 8. c. 6. cũ seqq. Farin. in Praxi crimin. q. 145. plures Doctores refert Cened. ad Decretal. collect. 92. Ex doctissimis Patribus Societatis IESV P. Henriq. in sum. lib. 12. cap. 14 §. 4. & 5. P. Leonard. Lessi. de Iustit. lib. 4. c. 3. dub. 9. á nu. 68. P. Sanch. lib. 7. disp. 12. & 13. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 3. c. 14. P. Rebello de Obligat. Iustit. p 2. lib. 3. q. 11. P. Aegidi. de Coninck de Sacram. & Censur. tom. 2. disp. 31. á nu. 46. P. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 22. à nu. 28. P. Molin. de Iustitia tom. 4. tract. 3. disp. 105.

2 In text. ibi (*& o homẽ*) Quid in muliere rapiente virũ. Vide Cened. ad Decretal. collect. 92 n. 2. Menoc. de Arbit. casu 291. n. 11. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 7. n. 27. Farin. d. q. 145. n. 40. vbi cũ supra citatis extraordinaria pœna plectendã esse resoluit. & pro vtraque parte plures citauit Doctores filius meus d. c. 6. n. 5.

3 Et an in isto crimine excuset à pœna ordinaria minor ætas? Vide Farin. de Delictis p. 3. de pœnis temper. q. 92. à n. 87.

4 In text. ibi (*induzir*) Veluti, importunis precibus, aut dolosis persuasionibus. Decian. d. cap. 7. n. 7. P. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 12. nu. 10. & 11.

5 In text. ibi (*mulher virgẽ*) Quid in virgine immatura? Dic in ea procedere hãc Ordin. si eam corrupit, vel corrũpere tentauit inuenta aliqua læsione in illius claustro. Vide Cened. d. collect. 92. n. 7. Decian. d. c. 7. n. 38. Farin. d. q. 145. à n. 51. P. Molin. de Iustit. to. 4. tract. 3. disp. 105. n. 14.

6 In text. ibi (*honesta*) Vide Cabed. p. 1. decis. 55. Et de rapiente meretricem vide Clar. §. Raptus n. 5. Anton. Gom. l. 80. Tauri n. 45. Peguer.

decis.43 n.14. Menoch. de Arbitr. casu 291. nu.3. Viui. tom.2. Commun. Opin. lib.9. tit.11. n.10. vers. Sed prædicta Mascar. de Probat. cōcl. 1063. n.30. & concl. 1253. n.9. Azeued. ad l.2. nu.103. cum seq. tit.13. lib.8. nouæ Recopil. Thom. Triuisan. Venetiæ decis.33. p.2. quē refert Aloys. Ricci. in collect. decis. p.1. collect.82. prope finem. Decian. tract. crimin. lib.8. cap.7. num.9. Cardoso in Praxi iudicum verbo Raptus nu.7. Cened. ad Decretal. collect.92. n.3. Farin. in Praxi crimin. q.145. à n.135. cum multis seqq. P. Sanch de Matrim. lib.7. disp.13 à nu.23. P. Molin. d. tract.3. disp.105. nu.15. filium meum P. Augustin. Barbos. in Remission. ad Concil. Trid. sess.24. de Reformat. Matrim. cap.6. n.6.

7 In text. ibi (*fora da casa*) Ergo vt raptus dicatur requiritur traductio de loco ad locum, vt post Nauar. Frat. Emman. P. Sanch. & P. Ægid. tradit filius meus d. cap.6. n.9. & resoluit Farin. d. q.145. n.69. & domus appellatione quid in præsēti veniat eleganter tractat Hortens. Caualc. de Brachio Regio p.4. n.86. cū seqq.

8 In text. ibi (*de seu pay, mãy, tutor, curador, &c.*) Nota raptum in puellā volentem committi si ipsa puella non sit sui iuris, sed existat in potestate alicuius, veluti patris, matris, tutoris, &c. Vide Peguer. crimin. decis.43. n.3. & 6. Mascard. concl.1253. à n.29. P. Sanch. de Matr. lib.7. disp.12. n.8. 12. 14. 35. & 36. post alios filiū meū d. ca.6. n.3. Farin. d. q.145. n.118. & cons.33. n.4. vbi addit. lit. E.

9 In text. ibi (*assi engalhada, & induzida*) Vide Farin. d. q.145 á n.100. vbi à n.116. an dolosa persuasio indubio præsumatur in consensu mulieris.

10 In text ibi (*morra por ello*) Idest perpetuo exilio mulctādus est. Vide Paul. Montan. de Tutel. cap.3. n.21. Soar. to.2. Cōmun Opin. lib.9 ti.30. n.34. vbi Chærian. tit.34. n.327. pag. 582. Menoch. lib.5. de Præsum. q.49. n.3. Farin. in Praxi crimin. q.19. nu.3. Cald. Pereira quæst. forens. in comment. ad l. Vni. Cod. Ex delictis defunct. p.2. nu.42. Regula tamen est quod raptores mortis pœna afficiūtur prout est text. in l.1. in princ. ibi capitis supplicio, & ibi, mortis cōdénent supplicio. Cod. de Raptu Virg. & in l. Raptores ibi capitis supplicio plectendos Cod. de Episcopis, & Cler. Vide Clar. §. Raptus nu.2. vers. Sed quæro quæ sit pœna Anton. Gom. l.80. Tauri n.36. Menoch. casu 291. n.1. Farin. d. q.145. n.7. Decian. lib.8. cap.12. n.1. & ca.6 n.11. testatur ita apud eum seruatū fuisse Patauij, vbi vidit tres raptores puellæ viginis insimul cum auriga, qui eam raptam in curru vehebat, capite punitos, & nouissime Olysipone quidam iuuenis mortis pœna affectus fuit, eiusq; mēbra in partes scissa pro raptu, quē fecit cuiusdam puellæ nobilissimæ.

Ad tit. 19. Ordin. Regiæ.

Do homē q̄ casa com duas mulheres.

De ducentibus duas vxores, seu habentibus duos viros.

1 DEsumitur ex l. Eum, *qui* duas Cod. ad legem Iuliam de Adulter. & ex §. Affinitatis vers. Qui duas Instit. de Nupt. Cōcordāt apud Hispanos l. fin. tit.17. p.7. & l.2. ti.7. li.4. fori. & l.2. ti.15. & l.9. tit.7. & l.8. tit. fin. lib.8. Ordin. & l.8. tit.20. lib.8. nouæ Recop. Vide Gom. l.80. Tauri à num.27. Cou. de Spōsal p.2. ca.7. §.3. n.6. Duenh. reg. 290. vers. Limita tertio Clar. §. Fornicatio n.30. vbi Baiard. á nu.34. Palat. in repet. rub. §.57. n.25. Tiraq. de Iure mariti glos.8. n,206. & l.7. cōnub. glos.

glos.1.p.7.n.24.Menoc.de Arbit.casu 420.á n.96.& cons.16.in fine Viui.tom.2.Cōmun.Opin.lib.9. tit.7. n.4.pag.469. Salzed.ad Bernard. in Pract.ca.80.Caball.resolut.crim.casu 98.Pat.Sanch. de Matrim. lib.7. disp.80.& seq.Cardoso in Praxi iudicū verbo Sacramētum Matrimonij nu.34.Cened.ad Decretal. collect. 171, Farin.in Praxi crimin.q.140.

2 Nota quod contrahens Matrimonium simul cū duabus vxoribus videtur male sentire de Sacramēto, & contra eum tanquam contra suspectum de hæresi procedunt Inquisitores contra hæreticam prauitatē. Vide Couar.d.nu.6. Perez ad leges Ordin.tit.1.lib.5.pag.44.in fine.Menoch.d.casu420.nu.114. & lib.5. de Præsumpt.q.6.nu.37.Nauar.cons.1. de Hæreticis n.8.Azeued.l.5. nu.3. ti.1.lib.5.nouæ Recop.Gutier.Pract. lib.2.q.8.n.1.P.Henriq.in Sum. lib. 11. cap.2.n.3.& lib.12.cap.6.n.4.Farin.d.q.140.n.24.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text.ibi (*& se receber*) Etiamsi cum vna vxore non fuerit sequuta copula carnalis secundum Anton. Gom.l.80.Tauri nu.27. & Farin.in Praxi crim.q.140.n.30.vbi n.31.resoluit quod mitius punitur vir, qui secundam ducit vxorē viuente prima, si cum prima, aut cum secunda se carnaliter non cōmiscuit,& n.25.resoluit procedere quamuis secūdū Matrimoniū sit nullū ratione consanguinitatis,vel ex alio impedimento.

2 In text.ibi (*morra por ello*) Vide Tiraq. ad leges connub. l.7.glos.1. p.7.nu.24.Menoch. de Arbitr.casu 420. á n.102.Caballin. resolut. crimin.casu 98.num.7.& 8.Farin d.q. 140.à. nu.3. cum seqq. vbi sex opiniones de imponenda pœna pro hoc crimine refert.

3 In text.ibi(*todo o dano*) Desumitur ex l.Eum qui vers.Cæterum Cod.de Adulter.Vide Farin.d.q.140.n.36.

4 In text.ibi(*& esta mesma pena haja toda a mulher, &c.*) Vide Farin. d. q. 140.n.18.

AD §. I.

1 In text.ibi(*sem saber certo que era a primeira viua*) Nota iustam ignorantiam,& dubitationem mariti superstitis excusare vxorem secundo nubentem ab adulterij crimine, suspitione, & accusatione. Ita Sebast.Næui.ad text.in l.Miles §.Mulier cum absentem ff. ad legem Iuliam de Adulter.

2 Nota mulierem, quæ ignoranter contraxit Matrimonium cum viro habente aliam vxorem, vel virum ducentem vxorem maritatam ignoranter has pœnas non incurrere.Vide Farin.in Praxi crim. q.140. à num.34.

3 Mors viri quomodo probetur, & mulieri concedatur licentia secūdo nubendi? Vide Cou.de Sponsal. p.2.cap.7.§.3.n.4.Duenh. reg.299. limit.9.Boer.decis.288. Ioseph.Ludou.Perus.decis.12.à n.1. Viui. tom. 1. Commun.Opin.lib.4. titul.9. de Probat.n.19.pag.477. & Bellacom. n.56.pag.480.eund.Viui.tom.2. lib. 7. tit.5.n.75.pag.241.Perez l.3.vers. Est tamen notandum tit.1.lib.5.Ordin.Cened.ad Decretal.collect.171. n.3.Mascard.de Probat.concl.1070. cum seqq.Flamin.de Resignat.lib.9. q.24.n.4.cum seqq.& lib.12.q.6. n. 19. & q.7.à nu.9. P.Sanch.de Matrim.lib.2.dis.46.Gutier. Pract. lib. 2. q.8.n.2.& cons.4.n.29. latè. Farin.d q.140.à n.24. *Mors mariti quomodo probetur*

4 In text.ibi (*não se farà execução*)

An interim possit facere testamentum? Vide Gam. de Sacram. præstandis vltimo supplicio damnatis q. 6. num. 6. vers. His tamen non obstantibus, vbi resoluit quod statim lata sententia condemnatus amittit testamenti factionem.

AD §. II.

1 In text. ibi (*tratandose por marido, & mulher*) An filij nati ex Matrimonio putatiuo sint legitimi? Vide Gabri. lib. 6. Commun. titul. de Legitimat. concl. 4. num. 4. P. Azori. Instit. Moral. p. 1. lib. 1. cap. 16. q. 3. P. Sanch. de Matrimon. lib. 8. disp. 34. nu. 46. latissimè Castill. lib. 2. quotidian. cap. 11. per totum.

2 In text. ibi (*sendo dos vezinhos por taes auidos*) Vicinus quis dicatur? Vide Burg. l. 3. Tauri n. 362. cum seqq. p. 1. Mascard. de Probat. concl. 1406. n. 4. Flores Vari. lib. 1. q. 1. n. 6. Ignat. del Villar in Sylua respons. lib. 1. resp. 5. p. 1. num. 41. vbi resoluit quod vicinus dicitur propriè ille, qui alta voce acclamando audiri potest. Vicinus tamen infirmus, vel absens non præsumitur scire facta vicini. Vide Auiles ad cap. 1. Prætorum num. 14. fol. 59. Mascard. concl. 1406. num. 14. & concl. 295. num. 6. de vicino recenti.

In antiq. tit. 20.

Ad tit. 20. Ordin. Regiæ.

De officiali carnaliter cognoscente mulierem coram eo agentem.

Do official delRey que dorme com mulher que perante elle requere.

Vide Clar. in §. Fornicatio n. 17. vers. Item in officiali, vbi Baiard. n. 5. Farin. in Praxi crim. q. 137. nu. 39. Rebuff. tom. 2. ad leges Galliæ tit. de Recusat. art. 9. nu. 36. fol. mihi 725. vbi etiam resoluit posse recusari iudicem iuuenẽ luxuriosũ in causa pulcherrimæ mulieris, & hanc Ordin. intellige, & amplia cũ Lusit. Ægi. in tract. de iure, & priuil. honest. art. 12. n. 11. vers. Cui concinit, & num. 3. & 4.

Ad tit. 21. Ordinat. Regiæ.

Dos que dormem com mulheres, ou menores que estão a seu cargo.

Desumitur ex l. vni. Cod. Si quis eam cuius tut. Cõcordat apud Hispanos l. 6. titul. 17. part. 7. vbi glos. 2. Vide Viui. Kirchou. Soar. & alios tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 8. pag. 482. Clar. § Fornicatio n. 23. Baiard. ad eund. § Stuprũ n. 18. Gom. l. 80. Tauri nu. 24. P. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 104. nu. 4. Pradil. in Sum. l. pœnal. p. 2. casu 5. Farin. in Praxi crim. q. 147. n. 16. Cardoso in Praxi iudicum verbo Tutela n. 27. Et de custode carcerum immiscente se carnaliter cum mulieribus carceratis. Vide Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 88. nu. 21. & casu 292. in fine, quem refert Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 2. à n. 151.

Ad tit. 22. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 32.

Do que casa cõ mulher virgem, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*case*) Intellige per verba de præsenti. Vide Cabed. p. 2. Aresto 47. Et nota quod iura, quæ puniunt contrahentes intelligũtur de cõtrahentibus per verba de præsenti. Vide glos. verbo Contra-

Contrahere in Clem. 1. de consanguin. & affin. Mascard. de Probat. concl. 102. n. 6. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. q. 93. n. 6. Gutier. de Iurament. confirm. p. 1. cap. 51. num. 7. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Læsis n. 128. Azeued. l. 1 n. 2. tit. 1. lib. 5. nouæ Recopil. Pat. Sanch. de Matrimon. lib. 1. disp. 12. num. 2. & disp. 13. & lib. 7. disp. 48. num. 6. & 7. D. Barbos. in l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 4. n. 38. & in l. Si ante n. 25. & 26. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 40. n. 13. & alleg. 41. n. 27.

2 In text. ibi (*que não passar de vinte & cinquo annos*) Dixi supra hoc lib. tit. 88. §. 1. n. 4.

3 In text. ibi (*sem consentimento*) Expresso scilicet ex his, quæ D. Barbos. in l. 2. §. fin. in princ. ff. Soluto Matr.

Ad tit. 23. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 23. vsq; ad §. 3.

Do que dorme com mulher virgem, & viuua honesta por sua vontade.

DE stupro latè Clar. §. Stuprum Bermond. de publicis cocub. tit. de Stupro. Côrad. in Pract. rub. de Stupratoribus. Petr. Gregor. Syntag. iuris lib. 36. cap. 9. de Stupro. Thesaur. Pedam. decis. 3. & 148. Cardos. in Praxi iudicum verbo Stuprũ Sayr. in Claui Regia lib. 8. cap. 4. nu. 9. cum seqq. P. Azori. Instit. Moral. p. 3. lib. 3. cap. 11. latissimè Farin. in Praxi crimin. q. 147.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*que dormir*) Intellige perfectè, nam si scholaris cæperit corrumpere virginem, sed non perfecit non tenetur de defloratione, ita Perez l. 42. in addit. titul. 19. lib. 8. Ordinam. pag. 392.

2 In text. ibi (*mulher virgem*) Quomodo probetur stuprum vide Thesaur. Pedam. decis. 3. nu. 2. Baiard. ad Clar. §. Stuprum num. 41. Fuluium Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 2. à n. 6. Mascard. eod. tract. concl. 140. nu. 2. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. q. 89. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 37. num. 7. Cardos. in Praxi iudicum verbo Probatio nu. 9. latè Farin. in Praxi crimin. q. 147. num. 130. cum seqq. vbi num. 141. quod obstetricum relationi, & iudicio statur, & nu. 148. ex eo probari virginem fuisse defloraratam si illius camisia tempore stupri fuisset reperta sanguine aspersa, vel linteamina, in quibus cubuit cum viro sanguinolenta, & nu. 150. resoluit quod per vociferationem, & clamorem mulieris magnum stupri indicium oritur.

3 Nota quod stupratæ asserenti se fuisse virginem tempore stupri creditur eius iuramento, tùm in odium delinquentis, tùm quia talis assertio habet præsumptionem naturæ pro se. Ita post Salzed. Mascard. Menoc. Gutier. Cardin. Thusc. & alios, quos refert resoluit Farin. d. q. 147. à nu. 135. & p. 4. decis. 74. num. 6. vbi etiam addit.

4 Nota etiam hanc Ordin. non habere locum in virgine, vel vidua vilis conditionis passim vagante non seruato verecundiæ pudore, resoluit Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 5. num. 44. & cap. 35. à n. 34. intellige data vilitate morum, non vero respectu generis, vel paupertatis. Vide Farin. cons. 90. n. 1. cum seqq. Præterea mulieres, quæ fuscis vtuntur rubeo, & aquis stillantibus impudicitiæ signum ostendunt secundum Terent. dum moliuntur, dum comuntur annus est, contra

quas inuehit S. Cyprianus in libro de habitu virginum, & ait quod manus Deo inferunt, quãdo illud quod ille formauit reformare contendũt, & S. Thom. 22. q. 16. art. 2. & certe nisi communis abusus esset iste mulierum fere omnium non excusarẽtur, de fuco fœminarum multa referunt citati á Cened. ad Decretal. collect. 31. quibus adde Ludou. Beiã respons. casuum consc. p. 2. casu 17. & 18. Pat. Henriq. in Sum. lib. 8. cap. 57. pag. 740. & in commento lit. X. Pat. Ioann. Pined. in Iob. tom. 2. cap. 42. vers. 14. pag. 965. P. Lessi. de Iustit. lib. 4. cap. 4. dub. 14. Bouad. in sua Politica lib. 2. ca. 17. à n. 148. Sayr. in Claui Regia lib. 8. cap. 6. nu. 8. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 6. n. 688. vers. Præterea. Vnde stuprum in cauponæ famulam commissum non est punibile propter vilitatẽ officij, Vide Gregor. l. 5. verbo Ni tauernera tit. 14. part. 4. Aleiat. in l. Inter stuprum nu. 5. ff. de Verbor. signific. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. glos. 14. nu. 17. & de Nobilit. cap. 34. n. 44. Cassan. in Catalogo p. 11. consid. 28. Farin. cons. 90. n. 3.

5 In text. ibi (*por sua vontade*) Mulier non præsumitur per vim cognita. Mascard. de Probat. concl. 1076. n. 33. & 34.

6 In text. ibi (*qualquer homẽ*) Quid si sit minor? Vide Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vel aduersarij dolo n. 55. vbi resoluit quod minor delinquens in hoc crimine non excusatur.

7 In text. ibi (*case com ella, &c.*) Desumitur ex cap. 1. & 2. de Adulter. Vide Perez lib. 8. Ordin. titul. 15. in Rub. pag. 278. Mexi. in tract. tassæ panis concl. 6. n. 119. Caballin. resolut. crimin. casu 196. nu. 12. Mench. quæst. frequent. cap. 7. n. 23. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 37. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vel aduersarij dolo à num. 58. Card. Thusc. tom 7. concl. 709. á n. 26. Farin. d. q. 147. à n. 97. cum multis seqq. & decis. nouiss. Rotæ 779. Sayr in Claui Regia lib. 11. cap. 2. á n. 25. Cardos. in Praxi iudicum verbo Stuprum n. 3. Ex doctissimis Patribus Societatis IESV Pat. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 104. á n. 9. P. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 14. n. 11. P. Paul. Comitol. Respons. Moral. lib. 4. q. 16. n. 5. Pat. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 10. dub. 3. Pat. Rebello de Obligat. Iustit. p. 1. lib. 3. q. 9.

8 Qua pœna puniatur stuprãs virginem non dùm viri potentem? Vide Menoch. de Arbitr. casu 294. Gom. l. 80. Tauri n. 42. & tom. 3. cap. 1. n. 60. vers. Ex quibus. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 4. collect. 1412. Cened. ad Decretal. collect. 37. n. 2. Peres lib. 8. Ordin. tit. 15. pag. 280. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vel aduersarij dolo n. 56.

9 In text. ibi (*seja condenado*) Nota quod si ciuiliter mulier stuprata petat satisfactionem pecuniariam nulla præcedente querela potest causa agitari coram iudice causarum ciuilium, & appellatio interposita deducenda ad expeditores appellationũ ciuilium. Vide Cabed. p. 1. decis. 13. à n. 7. *E disto se tèm tomado assento na Relação do Porto a 15. de Dezembro de 1584. & està no liuro 3. da Sphera folio 209.*

10 In text. ibi (*for arbitrada pello julgador*) Nota quod iudicis arbitrio relinquitur quæ quantitas dotis cõstituenda sit á stupratore puellæ stupratæ, resoluunt Menoch. de Arbitr. casu 288. à num. 18. Farin. d. q. 147. num. 125.

11 In text. ibi (*segundo sua qualidade, fazenda*

fazenda, & condição de seu pay) Vide Salzed. ad Bernard. cap. 83. lit. E. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 36. à num. 8. Farin. d. q. 147. n. 124. cum seqq.

12 In text. ibi (*& se não tiuer bẽes por onde pague*) Vide Petr. Gregor. Syntagm. iuris lib. 36. cap. 9. de Stuprator. n. 5. in fine vers. Fustigabitur, Farin. d. q. 147. nu. 109. Quid si habeat litteras securitatis, & non sit idoneus soluendo? Vide Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 67. n. 56. cũ seqq. Quid si vnus nummus deficiat vide Bonacos. Commun. crimen. p. 1. verbo Condemnatus fol. mihi. 32. Ias. in §. Pœnales à n. 42. Instit. de Action. Tiraq. de Retract. titul. 2. § 4. glos. 6. n. 28. & 29.

13 Nota quod debet expectari per tempus decem dierum argum. l. Si debitori ff. de Iudic. Vide Farin. in Praxi crimin. q. 26. n. 16. vbi etiã resoluit decem dies non currere nisi à tempore factæ notificationis, & monitionis.

14 An hoc casu posſit reus per procuratorem se defendere? Vide Menoch. de Arbit. lib. 1. q. 80. à n. 17. & n. 103. & 104. Hippol. cons. 9. n. 5. Tiraq. in tract. res inter alios pag. mihi 7. Clar. lib. 5. §. fin. q. 32. nu. 9. Farin. in Praxi crimin. q. 99. n. 32. vbi negatiuè resoluit.

15 In text. ibi (*se depois em vida della*) Quid si hoc non diceret? Dic quod non tenebatur iuxta tradita per Farin. in Praxi crimin. quæst. 26. num. 24.

16 In text. ibi (*& pondo caução*) Vide quæ Clar. lib. 5. §. 5. fin. q. 46. n. 10. & quæ Bonacos. Commun. crimin. p. 1. verbo Fideiussor. fol. 70.

AD §. I.

1 In text. ibi (*responderà prezo*) Vel in vinculis, vel sub homagio detentus. Vide Cabed. p. 1. Aresto 50 vbi ita iudicatum refert.

AD §. II.

In text. ibi (*atè hum anno*) Vide Gregor. l. 2. tit. 19. part. 7. & l. 3. & 4. tit. 17. part. 7. Afflict. in cap. 1. §. Condemnatorum nu. 20. Quæ sint regalia lib. 3. fol. 177. Gom. l. 80. Tauri num. 5. ad finem.

AD §. III.

1 Vide Farinac. cons. 90. n. 13. cum seqq.

2 In text. ibi (*que honestamẽte viuer*) Nota quod qualitas honestatis non præsumitur nisi probetur, resoluit post alios Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 65. n. 27.

3 Quid si semel cognita an dicatur honesta? Vide Decian. tract. crimin. lib. 3. cap. 7. à n. 11. Farin. in Praxi crimin. q. 145. à n. 159.

Ad tit. 24. Ordinat. Regiæ. *In antiq. tit. 18.*

Do que casa, ou dorme com parenta, criada, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiã.

1 Concordat apud Hispanos l. 1. tit. 1. lib. 5. & l. 4. tit. 20. lib. 6. & l. 6. tit. 20. lib. 8. nouæ Recopil. Vide Perez l. 1. tit. 13. lib. 8. Ordin. Gutier. Pract. lib. 2. q. 5. Farin. in Praxi crimin. q. 147. nu. 18. Pradil. in Sum. legum pœnal. p. 1. cap. 5. n. 5. Et ratio est quia familiaris delinquens in domo domini grauius punitur, & quasi proditor est puniendus. Vide Perez l. 1. in princip. titul. 15. lib. 8. Ordin.

2 In text. ibi (*& casar*) Intellige per verba de præsenti. Cabed. p. 1. Aresto 47. vbi iudicatum refert.

3 In text. ibi (*dentro no quarto grao*) Vide Perez l. 1. vers. Con la parienta tit. 15. lib. 8. Ordin.

4 In text. ibi (*da quelle, ou da quella, com quem viuer*) An procedat in carcerato, qui dormit cum ancilla custodis? Dic quod punitur iudicis arbitrio. Vide Menoch. de Arbitr. casu 292. in fine Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 2. n. 154.

5 In text. ibi (*não se farà execução*) An interim possit facere testamentum? Vide Gam. de Sacram. præst. q. 6. n. 6. vers. His tamen non obstantibus, vbi resoluit quod statim lata sententia condemnatus amittit testamenti factionem.

AD §. Vnicum.

In text. ibi (*escraua branca*) Intellige si fuerit virgo per l. fin. Cod. de Officio Præf. Vide Menoch. de Arbitrar. casu 293.

Ad tit. 25. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 15.

Do que dorme com mulher casada.

1 DE crimine adulterij latè in tit. ff. & Cod. Ad legem Iuliã de Adult. & extant Hispaniæ leges in tit. 17. part. 7. vbi Gregor. & l. 1. tit. de los adulteros lib. 4. fori. & l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordin. vbi Perez, & l. 1. tit. 20. lib. 8. nouæ Recopil. vbi Azeued. Agunt de eo Gom. l. 80. Tauri à n. 47. Host. in Sum. tit. de Adulter. Bermond. de publicis concub. titul. de adulter. Conrad. in Pract. rub. de Adulter. Clar. in §. adulterium. Viui. Soar. Kirchou. & alij tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 7. pag. 464. Menoch. de Arbitr. casu 419. & cons. 31. num. 4. cum seqq. Mascard. de Probation. concl. 57. Petr. Caball. resolut. crimin. casu 200. Ceuall. Communium contra commun. q. 734. Farin. in Praxi crimin. q. 141. & 142. Dom. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges styli l. 62. à n. 1. & l. 93. à princip. P. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 89. cum seqq. Pradil. in Summa legum pœnal. p. 1. cap. 9. Cardos. in Praxi iudicum verbo Adulterium. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 1. nu. 282. vers. In summa.

2 De adulterij detestatione, ac illius grauitate, & atrocitate vide Perez l. 2. verbo E fiziere adulterio vers. Quæritur tit. 15. lib 8. Ordin. pag. 289. Menoch. cons. 31. á num. 2. Spin. in Speculo testament. glos. 17. princip. à n. 77. Ceuall. d. q. 734. nu. 8. & 9. Pined. in vita D. Ioann. Baptistæ lib. 3. art. 1. cap. 1. pag. 13. Farin. q. 141. à num. 1.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 Desumitur ex l. Quamuis à 2. in fine Cod. ad legem Iuliam de adulter. & ex §. Item lex Iulia Instit. de publicis iudic. vbi glos. verbo Gladio. Concordat apud Hispanos l. 15. tit. 17. part. 7. vbi glos. 1. Vide Cou. de Sponsal. p. 2. cap. 7. §. 7. n. 17. Gom. l. 80. Tauri n. 47. Clar. §. Adulterium n. 7. Tiraq. de Pœnis cap. 39. nu. 1. & l. 13. connub. nu. 18. & seq. Menoch. de Arbitr. casu 290. n. 3. & casu 419. num. 55. Auend. resp. 24. Vincent. de Franch. decis. 240. nu. 5. Petr. Caball. resolut. crimin. casu 200. n. 16. & 17. Farin. in Praxi crimin. q. 140. á num. 17. *Adulterij pœna est mortis.*

2 De pœnis cõtra adulteros apud varias

varias nationes, vide Sayr.in Claui Regia lib.8.cap.3.num.3.& 4.Dom Christoph.de Paz in Scholijs ad leges Styli l.62.à nu.1.cum seqq.P.Pined.Societatis IESV tom.2.in Iob. cap.31.vers.12.pag. mihi.522. Farin. d.q.140.n.11.

3 In text.ibi(*todo homem*)Non procedit in Clerico, qui de iure Canonico pro adulterio deponitur, & in monasterium detruditur, prout est text.in cap. Si quis Clericus & cap. Romanus 81. dist. Clar.in §. Adulterium num.7.vers.Clericus autem. Bernard. & Salzed. in pract. cap.85. Duenh.reg.101.limit.2. Menoch.de Arbitr.casu 419.n.60.Villalob.Commun.lit.C.n.82.Pradil.in Sum.legũ pœnal. p.1.cap.9.n.8.P.Molin.de Iustit.tom.4.tract.3.disp.98.

4 In text.ibi (*que fizer adulterio*) Quid si reperiatur in mutuis osculis vel amplexibus? Vide Surd.de Alim. tit.7.q.16.à nu.32. Menoch.lib.5.de Præsumpt.q.41.à n.26. D.Barbos.in l.2.ff.Soluto Matrim.p.2.nu.70. D. Christoph.de Paz in Scholijs ad leges Styli l.62.schol.2.n.15.P.Molin. d.tract.3.disp.91.n.81.Farin.in Praxi crim.q.142.num.154.cum seqq.Pat. Sanch.de Matrim.lib.7.disp.91.nu. 38. & lib.9.disp.46.nu.7. & lib.10. disp.4.nu.11.cum seqq.& disp.12. à n.46.vbi de litteris amatorijs.Quando dicatur osculum luxuriosum?Vide Thom.Triuis.Venetiæ decis.47. p.2.quem refert Aloys.Ricci.in collect.decis.p.1.collect.47.in fine.

5 Adulterium quomodo probetur? Vide Perez l. 2. in glos.magna vers.Quæri insuper potest.tit.15.lib. 8. Ordin. pag. 291. Menoch. cons. 31.& lib.5.de Præsumpt.q.41.Masc. de Probat.concl.57. Farin. in Praxi crim. q.136.per totam vbi latissimè agit quibus præsumptionibus coniecturis,& testibus probetur adulterium.

6 In text.ibi (*mulher casada*) Nota adulterium non cõmitti ab eo, qui ignorat mulierem, cum qua se immiscet,esse nuptam,ita Farin.in Praxi crimin.q.141.num.97. cum seqq. Vide D.Barbos.in l.2.in princip.p.1. n.96.ff.Soluto Matrim.

7 Limita primò in meretrice nupta, cum qua adulterij pœna cessat. Vide Perez l. 4. verbo muger forçada tit.13.lib.8.nouæ Recopil. Gom. l.80.Tauri nu.20.Baiard.ad Clar.§. Adulterium nu. 27.vers.Item adde. Petr.Caball.resolut. crim. casu.123. n.1.& seq.Bonacos.tom.2. Cõmun. Opin.lib.9.tit.7.n.12.pag.470. Pat. Molin.de Iustit.tract.3. disp.92. Farin.d.q.141.à n.82.Cardoso in Praxi iudicum verbo Adulterium n.3.

8 Limita secundó in cauponaria, idest famula,quæ hospitibus subministrat. Vide Tiraq. de Retract.lig. §.1.glos.14.n.17.Cassan.in Catalogo p.11.consid.28.Farin.d.q.141. n.88. vbi resoluit quod adulterium commissum cum domina cauponæ punibile est,& se remittit ad suũ cons. 90. n.3.& 10.

9 Quæstio est,an adulterium dicatur comissum cum sponsa alicuius? Et an accusatio sponso aduersus spõsam concedatur? Vide Gom. l. 80. Tauri n.47.vers.Dubium tamen est. Sarmi.lib.1. Select. cap.5. Tiraq. de iure mariti glos.2.n.1.Zerol in Praxi Episcop.p.1.verbo Adulteriũ.Dom. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges Styli l.72.n.2.Pradil.in Sum. legum pœnal.p.1.cap.9.n.1.in fine.Farin.d.q.141.à num.50. P. Henriq.in Sum.p.2.lib.11.cap.13.n.4. in med.& ibi glos.lit.X. P. Sanch. de Matrim. lib.1.disp.2.n.2.& lib.10.disp.8 n.6. Pat.Molin. de Iustit. tom.4. tract.3. disp.

disp.93.à n.6.P.Rebello de Obligat. Iustit.p.2.lib.4.q.8.sect.2.

10 In text.ibi *(a tè no lo fazerem a saber)* Vide Farin. in Praxi crimin. q.98.num.133.

AD §. I.

1 In text.ibi *(mulher que fizer adulterio a seu marido, morra por isso)* Vide D.Barbos.in l.2.part.1.n.60. ff.Soluto Matrim Farin.in Praxi crimin q. 141.nu.19.& nu.58.In Regno etiam Aragonum rea huius criminis morte damnatur, vt tradit Monter à Cueua decis.15.sub nu.43.quem refert Aloys.Ricci in collect. decis. p. 1. collect.235. prope finem.Vbi per totum collectaneum refert,quæ pœnæ imponantur adulteræ in Senatu Burdagalensi, Franciæ, Subaudiæ, Cathaloniæ,Mediolanensi, & Neapolitano.

2 Nota quod mulier ab adulterio non excusatur etiamsi dicat maritũ suum sibi non reddere debitum. Ita Farin.d.q.141. num.56. vbi allegat. Boer.decis.297.nu.15.& Petr.Greg. Syntagm. iuris lib. 36. cap. 6. post num 39.

3 Nota etiam vxorem ab adulterij pœna non excusari propter viri sæuitiam,vel expulsionem,propter famis necessitatem, aut propter paupertatem, secùs si eò tenderent vt vxor fornicaretur.Vide P.Sanch.de Matrim.lib.10.disp.5.nu.6.& 10.Farin.d.q.141.n.60.q.142.nu.13. & 15. D.Barbos.in l.2.in princip.ff.Soluto Matrim.p.1.n.96.

Adulteriũ nõ punitur quando illud mulier passa est per vim.

4 In text.ibi *(& se for leuada por força)* Vide Tiraq de pœnis temper.causa 36.num.5. Menoch.de Arbit.casu 354.à nu.8. Baiard.ad Clar.§.Adulterium n.15.in fine,& n.53.& 96.Farin.d.q.141.n.95. Sayr.in Claui Regia lib.3.cap.4.n.6.in med.P.Sanch. de Matrim.lib.10.disp.5 à n.13. Pat. Molin.de Iustit. tom.4. tract.3. disp. 96. n.4.Hortens.Caualcan.in tract. de Brachio Regio p.1.nu.282. vers. Septimò lit.O.Rebello de Obligat. Iustit.p.2.lib. 2. quæst.17. nu.5. vers. Tertius.

5 In text.ibi (*ou a accusar*) Quid si mulier sit separata quoad thorum á viro an eam possit maritus accusare? Dic quod sic, vt ex Cou. resoluit Gutier.de Iuram.confirm.p.1.cap.1. num.62.

6 Nota maritum dantem causam lenocinij ab accusatione tàm adulteri, quàm adulteræ opposita, & probata exceptione repelli posse, resoluunt Perez l. 2. propè finem titul.14.lib.8. Ordin.pag 276.Hortens.Caualcan.de Brachio Regio p. 1. n.282.vers.Sexto lit.N.

7 Nota quod lite, vel accusatione pendente super adulterio tenetur maritus vxori ad expensas, & alimẽta.Vide Laram in §.Si vel parens n. 64. Ceuall. Communium contra commun.q.734. D.Barbos. in rub. ff.Soluto Matrim.p.2.nu.44.in fine vers.Poterit tamen,& in l.1.p.1.n.58. ad finem. Alexand. Trentasinch. lib.1.Vari.tit. de Aliment. resolut.1. nu.37.P. Sanch. de Matrim. *lib.10.* disp.8.nu.28. Cardin.Thusc.tom.1. lit.A.concl.309. Farin. in Praxi crimin.q.143.n.43.Valasc.cons.1.n.4.

AD §. II.

1 In text.ibi (*quomo depois de ser condenada per sentença*) Vide Cabed. p.1. decis.113.n.5.D.Barbos.l.2.in princ. p.1.n.113.ff.Soluto Matrim.

2 In text.ibi (*tanto que o marido lhe perdoar*)Nota vxorem de præterito, & iam remisso adulterio amplius non

non posse accusari, nec in iudicium deduci. Vide Surd. de Alim. titul. 7. q. 16. n. 103. in fine D. Barbos. in l. 2. in princip. p. 1. n. 104. ff. Soluto Matrim. Farin. in Praxi crimin. q. 142. n. 76. cum seqq. P. Sanch. de Matrimon. lib. 10. disp. 5. n. 19. vbi n. 20. cũ alijs, quos refert, resoluit condonatione facta posse coniugem reconciliatam accusari de nouo adulterio commisso.

3 Nota quod maritus recipiens vxorem, & ei remmittens adulteriũ non videtur remmittere futurum vide Palat. in repet. cap. §. 9. nu. 18. Gregor. l. 8. tit. 17. part. 7. Clar. in §. Adulterium n. 18. Surd. de Aliment. tit. 7. q. 16. n. 103. & 104. D. Barbos. d. n. 104. licet pacto promitteret illam de adulterio futuro non accusare, ex eo quia dolo futuro, aut delicto committendo nemo potest renuntiare. Vide Donell. Comment. iuris Ciuilis lib. 16. cap. 6. col. 60. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 10. nu. 5. post Baiard. Farin. d. q. 142. n. 77.

4 In text. ibi (*perante a mesma justiça*) Sufficit tamen quod fiat in actis, vel per scripturam publicam, resoluit Cabed. p. 1. decis. 113. n. 2. in fine. D. Barbos. in l. 2. in princip. p. 1. n. 118. ff. Soluto Matrim.

5 In text. ibi (*seja solta*) An reconualescat testamentum antea factũ? Vide Gam. de Sacramen. præst. q. 6. num. 12. vbi resoluit interueniente mariti venia testamentum iam factum reconualescere, aut de nouo testari posse.

AD §. III.

Maritus solum contra vxorem & adulterum querelam intentare potest.

1 Desumitur ex l. Quamuis à 2. Cod. de Adulter. Concordat apud Hispanos l. 2. tit. 17. part. 7. vbi glos. 1. & 2. Vide Padil. in l. Transigere num. 92. Cod. de Transact. Anton. Gom. l. 80. Tauri nu. 49. Auend. ad cap. 27. Prætor. glos. Manceba nu. 2. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 1. collect. 236. Gam. de Sacram. præst. q. 4. n. 9. D. Barbos. in l. 2. p. 1. nu. 112. ff. Soluto Matrimon. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 13. à num. 111. cum seqq. Petr. Caball. resolut. crimin. casu 110. à n. 2. Farin. in Praxi crimin. q. 141. nu. 36. cum seqq. nouissimè Lusitan. Ægid. de Iure, & priuil. honest. art. 6. n. 21. & n. 19. cum D. Barbos. d. l. 2. p. 1. n. 100. resoluit contra alios quod mulier opposita exceptione excludere potest maritum impudicum etiam ab accusatione criminali.

AD §. IIII.

1 In text. ibi (*perdoa*) Quid si hac adiecta conditione, vt ille in Insulã, & illa in aliam partem relegentur? Vide Gam. decis. 63.

2 In text. ibi (*& outras vezes deixa o feito à justiça*) Nota quod iudex potest ex officio procedere, & prosequi accusationem, à qua maritus accusator destitit. Vide Baiard. ad Clar. §. Adulterium nu. 14. & 20. Farin. d. q. 141. n. 43.

5 Nota quod absolutio adulterij prodest adulteræ, nisi per collusionem fuerit facta, secus in condemnatione quia vnius condemnatio, vel confessio alteri non præiudicat. Vide Gom. l. 80. Tauri nu. 72. Farin. d. q. 141. num. 108.

AD §. V.

1 Vide Perez l. 2. post princip. vers. Dubitatur præterea titul. 15. lib. 8. Ordin. Viui. tom. 2. Cõmun. Opin. lib. 9. tit. 7. n. 3. vers. Secundo limitatur pag. 467. Mich. Graff. tom. 1. lib. 5.

lib.5.tit.12.n.48 pag.742. Vincent. de Franch.decis.184. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Læsis nu. 26. D.Barbos.in l.2.p.1.n.119. cum seqq. ff. Soluto Matrim. latissime Farin.in Praxi crimin.q.142.nu.113. cum seqq.

2 In text.ibi (*viuo*) Vide Cabed.p. 1.Aresto 98.

3 In text.ibi (*& absentandose o marido, &c.*) Vide Gom. l. 80. Tauri n.49.

4 Quid eo casu quo mulier adultera viuo marito mortua sit? Vide D.Barbos.d.l.2. p.1.n.133.ad finem. Farin.d.q.142.n.59.

AD §. VI.

1 In text.ibi (*for condenada a morte*) Per iudicem scilicet sæcularem, sed ciuiliter ad separationem thori cognoscit iudex ecclesiasticus. Vide Cou.de Sponsalib. p.2. cap. 7.§.6. n.8. P.Henriq.in sum.lib.11.de Matrim.cap.17.n.1. in fine. & in commento lit.G. D.Barbos.in l.2.p 1.à nu.139 ff.Soluto Matrim. P.Sanch. de Matrim.lib.10.disp.8.n.15. & 16. Farin.in Praxi crimin.q.141.n.47.

2 In text.ibi (*hauera o marido que a accusar todos seus bens assi dotaes*) Desumitur ex l.Consensu §.vir quoque & §. virum etiam Cod. de Repud. & ex Auth.vt liceat matri & auiæ §. Quia vero plurimas vers. Nunc autem, & vers. Si de adulterio, & ex cap. Plerumque de Donation.inter virum. Vide Cou.d.§.6.á n.1. Gom. l.80.Tauri á n.47. Clar. §. Adulterium n.12.Menoch.de Arbitr. casu 287.à nu. 11. Octau. decis.77. nu.2. Azeued.l.1.cum seqq. tit. 20. lib. 8. nouæ Recop. Gutier. Canon. lib.2. cap.12.nu.1. Gam.decis.234.num.3. Dom. Garsi. Mastrillo Siciliæ decis. 57.n.1.Stephan.Gratian.decis.185.à n.1.Farin.in Praxi crimin.q.142.n.1. D.Barbos.d.l.2.p.1.à nu.52. P.Sãch. de Matrim.lib.10.disp.1 à num.2. P. Molin.de Iustit.tom.4. tract.3. disp. 90.n.2.P.Rebello de Obligat.Iustit. p.2.lib.6 q.6.n.6.

3 Amplia etiam in dote promissa vt per Surd.de Alim.tit.7.q.16. nu. 29. P.Sanch.d.lib.10. disp.8.num.5. Farin.d.q.142.nu 7. & nu. 11. refert vxorem amittere dotem propter adulterium,non obstante quod maritus ipsi debitum non reddat,& n. 13.& 15. non obstante quacumque viri sæuitia, paupertate aut fame ipsius mulieris.

4 In text.ibi (*como quaesquer outros*) Amplia primò in bonis paraphernalibus, secundum glos. verbo Dotalium in fine in cap. Plerumque de Donat.inter virum. Vide Azeued.l. 1.n.18.tit.20.lib.8.nouæ Recopil.D. Barbos.d.l.2.p.1.à num. 56. Surd de Alimentis tit.7.q.16.n.28. Farin.d. q.142.á n.3. P.Sanch. d.lib. 10.disp. 8.n.10. P.Rebello d.q.6.nu.6. vers. Sed quod,

5 Amplia secundó in omnibus legatis vxori á marito factis, ac etiã ab eodem marito donatis. Ita post Bald.Cot. & alios resoluit Farin.d. q.142. n. 8.

6 An posit vxor de adulterio maritum accusare ad amissionem dotis? Vide tex.in l. Consensu §.Si qua igitur,& §. Si vero causam Cod. de Repud.Clar.§.Adulterium num.13. vers.Et suas vbi Bajard.n.103. Surd. de Alim.tit.7. q.16.nu.30. Perez l.1. verbo Tres bienes tit.1.lib.5.Ordin. D.Barbos.d.l.2.p.1.n.56. vers.Vnde licet,& nu.60. P.Sanch.de Matrim. lib.10.disp.8. num. 11. Cald. Pereira quæst. forens. in cõment. ad l.vni. Cod. Ex delictis defunct. p.2.n.54. Latissi-

latissimè Farin. d. q. 142. nu. 35. cum seqq. & à n. 39. resoluit quod mulier accusata de adulterio ad amißionẽ dotis, potest contra virum de eodem adulterio excipere

In text. ibi (*não tendo filhos*) Vide P. Sanch. de Matrim. d. lib. 10. disp. 8. n. 12.

AD §. VII.

In text. ibi (*por não prouar o adulterio*) Intellige concludenter, & verè, secus si tantum probetur præsumptiuè, quia ex præsumptione vxor non potest condemnari in amißionem dotis. Ita Anchar. consl. 408. n. 4. Hippol. Riminald. in repet. rub. de Iudic. nu. 10. vers. Contrarium tamen. Sed cõtrarium verius esse post Barbos. quem refert, resoluit Farin. in Praxi crim. q. 142. n. 111.

AD §. VIII.

1 Nota quod non potest contra mulierem agi de adulterio, nisi priùs probato Matrimonio. l. Si vxor §. Sed in ea, & §. Plane ff. hoc tit. Vide Baiard. ad Clar. §. Adulterium n. 43. & 44. Mascard. de Probation. concl. 58. à nu. 1. Farin. in Praxi crimin. q. 141. n. 107.

2 In text. ibi (*as palauras de presente*) Vide Clar. Verbo Adulterium nu. 9. Zerol. in Praxi Episcop. p. 1. verbo Adulterium. D. Barbos. in d. l. 2. in princip. p. 1. n. 112. ff. Soluto Matrim.

AD §. IX.

De lenocinio maritorum in vxores.

1 Vide Tiraq. l. 9. connub. glos. 1. p. 9. n. 232. Perez l. 2. prope finem tit. 14. lib. 8. Ordin. pag. 275. Menoch. de Arbitr. casu 534. à n. 20. Petr. Caball. resolut. crimin. casu 171. à nu. 8. Anton. Gom. l. 80. Tauri nu. 73. D. Barbos. in l. 2. ff. Soluto Matrim. in princip. p. 1. nu. 100. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 13. à nu. 108. Lusitan. Ægid. de iure, & priuil. honest. art. 6. n. 22. Farin. in Praxi crimin. q 142. n. 74. & latissimè q. 144. à n. 69. vbi n. 73. ex Gom. & Menoch. refert in Alemania, atque alijs prouincijs maritum vxoris lenonem pœna fustigationis puniri, seu ductionis super asinum, facie versa ad caudam asini, vxore asinum per manus trahente, & præcone ante eos clam ante. *Qui sic faciet, sic capiet.*

AD §. X. & vltim.

In antiq. §. fin. sub tit. 17.

Vide D. Barbos. in l. 2. p. 1. nu. 119. ad finem cum seq. ff. Soluto Matrimon. Farin. in Praxi crimin. quæst. 141. num. 54.

Ad tit. 26. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 17.

Do que dorme com mulher casada de feito.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

Adulterij pœna habet locum etiãsi Matrimoniũ sit nullum, & putatiuum.

1 Vide text. in l. Si vxor §. Diuus vers. Si ea ff. ad legem Iuliam de adulter. Anton. Gom. l. 80. Tauri n. 48. Clar. §. Adulterium n. 14. vbi Baiard. n. 67. Tiraq. de Iure mariti glos. 8. nu. 245. & seq. Viui. tom. 2. Cõmun. Opin. lib. 9. tit. 7. in princ. vers. Imo Farin. in Praxi crim. q. 141. n. 62. D. Barbos. in l. 2. ff. Soluto Matrim. in princip. p. 1. n. 95.

Vxor putatiua an propter adulterium amittat dotem?

2 In text. ibi (*& não hauerà o marido os bẽes, &c.*) Vide Cou. de Sponsal. p. 2. cap. 7. §. 6. num. 1. vers. Etiamsi vxor sit putatiua. Palat. in repet. cap. §. 36. num. 3. Tiraq. post leges connub. glos. 8. num. 238. & 265. Emman. Soar. in thesauro commun.

lit.V.verbo Vxor putatiua, latissimè Farin.q.142.n.16.cum seqq. D.Barbos.d.l.2.p.1.num.96. P.Rebello de Obligat.Iustit.p.2.lib.6.q.7.n.9.

AD §. Vnicum.

Vide D.Barbos. in l.1. ff. Soluto Matrimon.in princip.p.1. num.96. vbi eleganter.

Ad tit.27.Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit.24 Concordant.

Que nenhũu homem cortezão, &c.

Ad Princip.Ordinat.Regiæ.

Vide latè Lusitan. Ægid de iure, & priuilegio honest. art.8. n.5.vbi resoluit quod non satis est quemdam concubinam in Curia habere, vt hac lege comprehensus sit, sed necesse est vt domicilium ibi habeat, vel si aliunde habet in Curia versari solitus sit, nisi fortè negotij alicuius causa eueniat.

In text.ibi (*pondolhe seus proprios nomes*) Similis est Ordin.infra titul. 117. §.6.

AD §. I.

In text.ibi (*sejão degradadas*) Ergo cum huiusmodi coitus sit punibilis filij ex eo nati, non solum patri, sed nec etiam, matri succedunt, vt per Gam.decis.136.in princip.

Ad tit.28. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit.25.

Dos barregueiros casados, &c.

Vide apud Hispanos l.5. tit.19. lib.8. nouæ Recopil. Perez l. 24. in princip.tit.3. lib.1. Ordin.Gom.l.80.Tauri n.21 & 22. Cardoso in Praxi iudicum verbo Concubinatus n.4. Pradil. in Summa legum pœnal.p.1.cap.13.n.6.P.Molin. de Iustit. tom. 4. tract.3. disp. 89. à n.3.

AD §. II.

In text.ibi (*no liuro primeiro*) tit.74. §.17.

AD §. V.

1 In text.ibi (*querela perfeita*) Quamuis non habeat summarium ex Ordin.infra tit.117.§.12.

2 In text.ibi (*seis meses*) Quid si intra hos sex menses crimen reiteretur poterit accusari. Cabed. p. 1. Aresto 51.

3 In text.ibi (*no titulo precedente*) §.2

Ad tit.29. Ordin.Regiæ.

In antiq. tit.28 concordant.

Das barregãas que fogem àquelles com quẽ viuem, & lhe leuão o seu.

Ad Princip.Ordin.Regiæ.

1 Nota quod plerumque denegatur actio furti illis, in quos furta commissa fuerunt, vt discant suo malo secundum Dei præcepta viuere, & iustis legibus obtemperare, & vltra casum istius legis idẽ dispositum est in retinentibus ludũ alearũ, vel taxillorum domi suæ ex l. 1. in princip. & in §.Item notandum ff.de aleæ lusu, & aleat. resoluit Farin.in Praxi crimin.p.3. quæst.109.á n.141.

2 Mulier coniugata, quæ furtum fecit marito suo tenetur actione rerum amotarum ex l. Si quis vxori in princip.ff.de Furtis resoluit Hortens.Caualcanus de Brachio Regio p.6.

p.6.fragm 35. Farin. in praxi crimin. quæst.174.num.103. vbi à num.99. de vxore putatiua furante an teneatur actione furti, de quo etiam Xuar. titul. de las ganancias num.17.& 21. Bald. Nouell. de Dote p.11. ad finem.

3 Vtrum meretrici posśint auferri bona ab amasio sine pœna furti? Affirmat Hippol. in l.1. Cod. de Raptu virginum n.48.& 52. sed contrarium defendit Farin. d. quæst.174. num.82. cum seqq.

4 In text. ibi (*não possa por isso ser demandada*) Si opponatur exceptio de concubina conuenta ox Angel. in l. Venditione num.2. Cod. de Vsucap. pro empt. vbi Cæpol. num.2. & ante eos Bart. in l. Cum lex num.9. de Fideiussor. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos.56. num.93. & faciunt quæ Mexi. in tract. tassæ panis concl. 6. n.72. Surd. decis.57.

Ad tit. 30. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 26.

Das barragãas dos Clerigos, &c.

Vide apud Hispanos l. 43. titul. 6. part. 1. & l. 1. tit. 19. lib. 8. nouæ Recopil. Gom. l. 80. Tauri num. 21. & 22. Hippol. cons. 84. num. 43. Clar. §. fin. quæst. 37. vers. Quæro etiam, Auiles ad cap. 47. Prætor. verbo Clerigo. Auend. de Exequendis mand. p 2. cap. 26. n. 7. vers. Tertia conclusio. Perez l. 21. tit. 3. lib. 1. Ordinam. pag. 99. Salzed. ad Bernard. cap. 79. Gutier. Pract. lib. 1. quæst. 6. num. 5. & 11. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 21. late Thom. Valasc tom. 1. allegat. 34. & contra concubinarios plures Doctores refert filius meus Pat. Augustin. Barbos. in Remiss. ad Concil. Triden. Sess. 24. de Reformat. Matrim. cap. 8. num. 1 Et contra Clericos concubinarios etiam inuenies per eum allegatos in Remiss. ad Sess. 25. de Reformat. cap. 14. num. 1.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text. ibi (*de Clerigo, ou Beneficiado*) Intellige de Clerico sacris initiato. Vide Auiles ad cap. 47. Prætor. verbo Clerigo nu. 3. Auend. ad cap. 26. p. 2. n. 11 Azeued. l 1. n. 31. tit. 19. lib. 8. nouæ Recopil. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 34. n 6.

2 In text. ibi (*em voz, & fama*) Quæ tamen legitimis testibus probanda est. Vide Farin. in Praxi crimin. q. 136. num. 103. D. Barbos. in l. 2. p. 1. num. 83. ff. Soluto Matrimon. & in concubina clerici non manifesta hanc. Ordin. intelligendam esse resoluit Benedict. Ægidi. de iure, & priuil. honest. art. 11. n. 15. in fine.

3 In text. ibi (*seis meses*) Procedit etiam intra eosdem reiterato crimine. Vide Cabed. p. 1. Aresto 51.

4 In text. ibi (*mandamos que pella primeira vez, &c.*) Crimen concubinatus est mixti fori ex Ordin. supra lib. 2. titul. 9. in Princip. ibi *barregueiros*, & tenent Soar. de Paz in Praxi tom. 2. prælud. 2. num. 31. in fine Farin. in Praxi crim. q. 8. n. 131. P. Azori. Instit. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 53. q. 2. vers. Dubiæ quæstionis. Bouadil. in sua Politica lib. 2. cap. 17. n. 53. alios refert filius meus in Remiss. ad Concil. Sess. 24. de Reformat. Matrimon. cap. 8. n. 5. nouissimè Lusitan. Ægid. de iure, & priuilegio honest. art. 11. n. 15. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 34. n 4. vbi n. 11. & 12. refert in Senatu Palatino pronuntiatum fuisse Episcopum in prima admonitione posse concubinarium punire.

In antiq. tit 27 concordant.

Ad tit. 31. Ordinat. Regiæ.

Que o frade que for achado com alg̃ua mulher, &c.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 IN text ibi (*não prendão, &c.*) Desumitur ex cap. 2. vbi Doct. de forocomp. Vide Menoch. de Arbitr. casu 180. á num. 17. Farin. in Praxi crimin. q. 32. nu. 72. & q. 8. nu. 116. cum seqq.

2 In text. ibi (*saluo, &c.*) Desumitur ex cap. Vt famæ 35. de Sententia Excommunicat.

3 In text. ibi (*forão achados*) Quia clericus, vel Monachus repertus in flagranti delicto potest à sæcularis iustitiæ ministris cõprehendi, & in carcerem duci. Vide addit. Marant. de ordine iudic. p. 4. dist. 11. n. 69. pag. mihi 182. Clar. §. fin. q. 28. n. 6. Farin. d. q. 8. n. 122. Garci. de Nobil. glos. 9. n. 36. vbi n. 39. cũ glos. & Doctoribus in cap. Cũ non ab homine de Iudic. resoluit sic apprehensos remittendos esse ad iudicẽ ecclesiasticũ intra spatium viginti quatuor horarũ, cũ autẽ hęc lex iubeat tradi statim monachũ suo prælato, nec in carcerẽ conijci, intelligeda est si ibi monasteriũ sit, vel superior monachi, aliás poterit in custodia detineri, quousq; remissio præparatur, etsi extra prædictas 24. horas traditio prælato fiat, quia qualitas loci, temporis, & personarum hoc exigebant.

In antiq. tit 29.

Ad tit. 32. Ordin. Regiæ.

De lenonibus.

Dos alcouiteiros, & dos que em suas casas consentem, &c.

DEsumitur ex l. Mariti §. Lenociniũ ff. de Adult. & ex Auth. de Lenonib. collat. 3. Concordant apud Hispanos l. 7. tit. 17. part. 7. & l. 2. tit. 22. part. 7. & l. 2. tit. 14 lib. 8. Ordin. & l. 4. tit. 11. lib. 8. nouæ Recopil. Vide Clar. §. fin. q. 69 n. 24. Iacob. de Belouis. in Pract. tit. de Lenon. Gom. l. 80. Tauri à nu. 74. Petr. Greg. Synt. iuris lib. 36. cap. 11. Auẽd. de Exequendis mand. p. 2. cap 6. n. 1. Menoch. de Arbit. casu 134 & 224. & 534. Peguer. crim. decis. 15. Iodo. in Praxi c. 92. cum seqq. Farin. in Praxi crim. q. 143. cum seqq. Prad. in Sũma legum pœn. p. 1. cap. 10. D. Barb. in l. Viro n. 40. ff. Soluto Mat. Cardoso in Praxi iudicum verbo Lenocinum. Thom. Valas. tom. 1. alleg. 13. à n. 98.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*ou consentir que em sua casa, &c.*) Desumitur ex l. Qui domũ ff. ad legem Iuliam de Adulter. Vide Farin. in Praxi crim. q. 144. á nu. 42. vbi n. 49. idem resoluit si accommodauerit agrum, seu vineam.

2 In text. ibi (*todos seus beẽs*) Notat Thom. Vala. to. 1. alleg. 13. n. 99. in fin.

AD §. I.

1 In text. ibi (*virgem*) Desumitur ex l. Auxilium §. fin. ff. de Minor. & ex l. Qui domũ de Adult. Vide Farin. in Praxi crim. q. 144. n. 43. Et an præsumatur virgo vide Meno. li. 6. de Præsump. q. 89. Masc. de Prob. cõcl. 1410.

2 In text. ibi (*de boa fama*) De bona fama multa Cassan. in Catalogo p. 11. consid. 24. optimè Hortẽs. Caualc. de Brachio Regio p. 3. n. 80. Et turpè est habere malũ nomen, & malam famam. Surd. de alim. ti. 4. q. 15. n. 33. Et melius est bonũ nomẽ, quàm diuitiæ multæ iuxta illud Sapiẽt. Prouer. 22. & notatur in l. 1. Cod. de Sũma Trin. & scriptũ est crudelis est qui negligit famã suam c. Nolo 12. q. 1. Nau. in ca. Inter verba 11. q. 3. concl. 2. n. 10.

In

3 In text. ibi (*viuua*) Vide Farin. d. q. 144. n. 44.
4 In text. ibi (*que em sua casa*) Vel cõducta Felin. in cap. Quia V. n. 1. de Iudic. Farin. d. quæst. 144. num. 48. Cassan. de Consuetud. Burgund. fol. mihi. 102. n. 3.

AD §. II.

Vide Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 13. num. 101.

AD §. III.

Vide Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 13. num. 104.

AD §. IIII.

1 Vide Farin. in Praxi crimin. q. 144. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 13. nu. 105. vbi nu. 119. cum seq. resoluit quod pater si imponat filiæ necessitatem peccandi ex solo peccato, vel suasione priuatur patria potestate, de quo etiam Cardoso in Praxi iudicum verbo Lenocinium n. 6. P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 39. vers. Tertius & disp. 229. vers. In seqq.
2 In text. ibi (*& sendo de qualidade*) An lenones gaudeãt priuilegijs nobilitatis? Vide Thom. Valasc. d. alleg. 13. n. 122.

AD §. VI.

Vide Clar. §. fin. q. 68. vers. 23. Quesad. diuers. quæst. cap. 18. col. 2. vers. Qua ratione. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 13. n. n. 106.

AD §. VII. & vltim.

Vide Farin. in Praxi crimin. q. 144. n. 33. & 34. & 47.

Ad tit. 33. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 30. Concordant.

Dos rufiães, & mulheres solteiras.

Vide apud Hispanos l. 2. tit. 14. lib. 8. Ordin. vbi Perez, & l. 4. cum seqq. titul. 11. lib. 8. nouæ Recop. Cassan. de Consuetud. Burgund. rub. 1. n. 66. fol. 18. Pradil. in Sũma legum pœnal. p. 1. cap. 10. n. 6.

Ad tit. 34. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 31. Concordant.

Do homem que se vestir em trajos de mulher, &c.

Vide ca. Si qua o 2. dist. 30. apud Hispanos l. 7. tit. 15. li. 8. nouæ Recop. Tiraq. l. 3. cõnub. glos. 1. p. 3. n. 58. & seq. Bouad. in sua Politica lib. 1. c. 13. n. 24. Perez ad tit. 19. in rub. in addit. lib. 8. Ordin. pag. 352. vbi agit de illo, qui sumit habitum mulieris ad effectum intrandi in monasterium causa corrumpendi monialem.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*andem com mascaras*) Vide Gregor. l. 3. verbo Vestiduras tit. 12. part. 5. Perez in libello, quem de hac re scripsit, qui vocatur contra las mascaras, & de personato habitu monachi agit Frat. Emman. q. Regul. tom. 2. quæst. 76. art. 7.
2 Nota quod tenetur actione iniuriarum, qui ad iniuriam, vel infamiam alicuius luserit per l. Item apud Labeonẽ ff. de Iniur. Rebu. in l. 1. §. Quies ff. de officio præfecti vrbis.
3 In text. ibi (*ou jogos*) De histrionibus vide Cene. ad Decretum collect. 41.

In antiq. tit 10. vsq; ad §.3. cũ §.7.

Ad tit. 35. Ordinat. Regiæ.

Dos que matão, ou ferem, ou tirão com arcabuz, ou besta.

1 DE homicidio agitur apud Hispanos tit. 23. lib. 8. nouæ Recopil. & latè tractarunt Ægidi. Bosſi. in Practi. tit. de homicidio Farin. in Praxi crim. lib. 4. de homicid Clar lib. 5. §. homicidium, Carrer. in Pract. titul. de homicid. Ayrer. de homicidio nouiſsime Pet. Caball. in tract. de omni genere homicidij, Anton. Gom. tom. 3. Vari. cap. 3. Hippol. conſ. 7. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 17. cum ſeqq. Pradil. in Sum. legum pœnal. p. 1. ca 15.

Homicidiũ quãdo præſumatur.

2 De homicidio præſumendo. Quæſtio eſt, an ſi plures rixentur, & vnus in rixa ſit percuſſus, á quo præſumatur percuſſus? Vide Hippol. in Pract. §. Quoniam n. 30. & in l. Repeti n. 21. ff. de quæſtion. Clar. in §. homicidium n. 37. Menoch. de Arbitr. caſu 362. & conſ. 108. n. 4. Alex. Raudenſ. reſp. 27. à num. 32. Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignorantia cent 1. diſt 40. art. 14 Flamin. de Rube. conſ. ſi á n. 57. vol. 1. & quod præſumatur contra vnum ex corrixantibus, qui ſimile delictum commiſit videtur tenere Maſcard. de Probat. concl. 1003. nu. 55. Vel contra illum, qui habet malam faciem Bouadil. in ſua Politica lib. 1. cap. 8. nu. 8. Diuus enim Ambroſ. lib. 2. de Virgin. dicit quod ſpecies corporis ſimulacrum eſt mentis, figuraquè probitatis, quẽ refert Ceuall. Communium contra commun. q. 248. n. 13. vbi à n. 6. multa de pulchritudine adducit. Et de mala phyſiognomia agit Hortenſ. Caualc. de Brachio Regio p. 3. n. 84.

De habẽte malam faciem.

3 An ſi aliquis ante oſtium alicuius reperiatur mortuus præſumatur à domino oſtij? Vide Bart. & ibi addita in l. Ædiles ff. de via publica Felin. in cap. Afferte nu. 10. de Præſumpt. Gom. l. 80. Tauri n. 56. Cott. in Memorab. verbo Mortuus pag. 590 Perez l. 13. in princip. tit. 13. lib. 8. Ordin. vbi quid ſi inuentus ſit in domo alicuius, Menoc. de Arbitr. caſu 394. àn. 54. & lib 1. de Præſum. q. 89. n. 92. Decian. tract. crim. lib. 8. ca. 4. n. 12. in med. vbi reſoluit doctrinã Bart. aſſerentis quod occiſus iuxta oſtium domus Titij præſumitur à Titio occiſus procedere tãtum quãdo vicinus, vel dominus domus ſunt malæ famæ, & ſoliti talia comittere, aliàs non poſſunt torqueri.

4 An præſumatur quod inimicus mortuum interfecit? Vide Felin. in cap. fin. ad finem de homicid. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. n. 30. Hippol. conſ. 3. n. 8. cum ſeqq. & conſ. 8. n 8 & conſ. 44. n. 2. & conſ. 72. n. 1. & 4. Maſcar. de Probat. concl. 472. nu. 1. & conſ. 901. Perez l 27. in fine verſ. Sed etiã oritur tit. 19 lib. 8. Ordin. Menoch. conſ. 384. nu. 5. Petr. Caball. tract. de omni genere homicidij nu. 290. & 320. & 321. vbi reſoluit quod inimicitia reddit præſumptiones duriores.

5 An ſi aliquis poſt triduum è vulnere ſurrexerit, & poſtea ſit mortuus præſumatur ex vulnere? Vide Gom. tom. 3. cap. 3. n. 29. verſ. Ex quibus venit reprobanda. Farin. in Praxi crimin. q. 127. nu. 80. vbi reſoluit quod præſumitur ex vulnere deceſſiſſe, niſi eius mala, & inordinata vita probetur.

6 Quando præſumatur mortuus ex vulnere? Vide Clar. §. homicidiũ nu. 44. Hippol. conſ. 7. nu. 27. & 28. Bonacoſ. Commun. crim p. 2. verbo Mortuus

Mortuus fol. 51. verso. Menoch. de Arbitr. casu 275. Andræ. Alcacer in sua chirurgia lib. 1. cap. 9. in resp. ad tertium. Boer. decis. 232. Cald. Pereira de Emptione cap. 7. n. 12.

Aggressor quis?

7 Aggressor quis præsumatur? Vide Menoch. de Arbitr. casu 363. Clar. §. fin. q. 60. num. 31. Mascard. de Probat. concl. 1228. & concl. 1244. Cened. ad Decretum collect. 65. nu. 4 Bernard. Greuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 110. consid. 1. à n. 48. Farin. d. q. 125. à n. 439. & cons. 6. n. 4. lib. 1. vbi addit. lit. D. Rot. Lucens. diuers. decis. 41. vbi dicit quod expectantes in aliquo loco, & cum alijs postea pugnantes in dubio præsumuntur aggressores, Ambrosin. Episcop. Perus. decis. 14. refert quod aggressor præsumitur ille, qui melius erat armatus tempore rixæ, & Coler. Germaniæ decis. 49. resoluit aggressorem præsumi, qui est robustior, & in exercitio armorum magis versatus.

Dictũ vulnerati in articulo mortis an probet?

8 In aliquibus casibus homicidij præsumptio, & eius pœna minuitur. Et ita solet quæri an dictum vulnerati in articulo mortis probet contra aliquem, vel pro aliquo? Vide Guillelm. in cap. Rainuntius verbo In extremis n. 20. Hippol. cons. 5. n. 14. & cons. 17. n. 10. & cons. 20. nu. 14. & cons. 50. nu. 18. Grammat. decis. 42. n. 9. Cott. in Memorab. verbo Testator pag. 845. Clar in §. fin. q. 21. à n. 14. & q. 52. nu. 5. & 6. Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 1. verbo Droicts num. 39. fol. 48. verso Gom. tom. 3. cap. 13. n. 17. Menoch. de Arbitr. casu 99. nu. 16. & lib. 1. de Præsumpt. q. 88. nu. 15. Mascard. de Probat. concl. 144. & concl. 234. n. 10. & concl. 1074. nu. 3. & concl. 1129. & seq. Ioseph. Ludou. tom. 3. Cõmun. Opin. tit. de Probat. concl. vni. vers. infertur 43. plures Doctores refert Cened. ad Decretal. collect. 127. nu. 4. ex quorum resolutione deprehenditur quod si contra reum inculpatum verè, & realiter probaretur delictum, illa expurgatio, & confessio defuncti nihil prodest, operabitur tamen effectum veræ, & propriæ remissionis. Vnde assertio vulnerati persistentis in ea vsque ad mortem non facit indicium ad torturam ex P. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 29. n. 163.

9 Quid si erat amicus? Vide Hippol. in l. 1. nu. 85. & seq. Cod. de sicarijs Menoch. lib. 5. de Præsumpt. q. 40. n. 15. & nu. 22 vbi etiam de consanguineo, Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij nu. 294. vbi resoluit quod amicitia facit cessare suspitionem doli in malefactore, & n. 155. asserit quod amicus occidens amicum in dubio casualiter occidisse præsumitur.

10 Quid si vir erat probus? Vide Amatis decis. 101. Petr. Caball in d. tract. nu. 295. vbi resoluit quod bona fama delinquentis minuit delictum, quia semel bonus præsumitur durare bonus.

11 Quid si occidat aliquem, qui eum pro ditorem, iudæum, aut cornutum nominauit? Vide Perez l. 4. post princip. tit. 13. lib. 8. Ordin. pag. 261. vbi resoluit quod iste non pœna ordinaria, sed extraordinaria arbitrio iudicis est puniendus.

12 Quid si aliquis occidat Titium cum velit occidere Sempronium? Vide Menoch. de Arbitr. casu 324. nu. 4. & 9. Clar. lib. 5. §. Homicidium nu. 6. Boer. decis. 84. Mench. Illust. cap. 96. num. 32. Perez l. 14. vers. Sed dubitatur titul. 13. lib. 8. Ordin. pag. 269. plures refert Cened. ad Decretal. collect. 49. n. 4. late Farin. in Praxi crimin. q. 125. n. 139. Petr. Caball.

d. tract. de omni genere homicid. n.238.vbi resoluit quod volens occidere vnum,& occidens alium nõ tenetur pœna homicidij ordinaria.

13 Quid si pueri in ludo aliquo se inuicem percutiant? Vide Syluan. cons.7.n.20.Hippol.cons.90. n.17. & cons.367.n.53.Menoch.de Arbitr. casu 400.à n.7.& cons.1.num.257. Petr.Caball.d.tract.n.224.vbi resoluit quod percutiens aliquem in ludo saxorum,qui mortuus sit,pro culpa tantum tenetur.

14 Quid si percutiat cum ligno, & mortuus sit percussus? Vide Hippol.in Pract.§.Vlterius nu 5. & 6.& & cons.7.n.44.& 45.& cons.67.nu. 18. cum seqq.& n.29.Clar.§. homicidium n.5.Menoch. de Arbitr.casu 275. n.6.& casu 361.nu.5. & 6.Petr. Caball d.tract.à n.233.& n.314. vbi resoluit quod percutiens cum baculo aliquem in capite , ita quod moriatur.si non habebat alia arma pœna mortis punitur, secus si habebat alia arma.

15 Quid in occidēte illum,qui ducebatur ad supplicium? Vide Cott. in Memorabil.verbo Homicidium, vbi resoluit quod punitur capitaliter.

16 Quid de percusso cum pugno, qui cecidit in terram? Vide Gregor. l.6.verbo Corre ti.9.part.7.Hippol. in l.1.Cod.de Siccar.n.9. & cons.51. n.15.& cons.136.n.27.Tiraq. cessante causa limit.20.n.10. Menoch. de Arbitr.casu 360. nu.114. & lib.5. de Præsumpt.q.40.n.7.Petr.Caball.d. tract.n.350.vbi resoluit quod percutiens cum pugno etiam armato de homicidio non tenetur, & nu.354. dicit quod percutiens aliquem, qui in terram cecidit , & se vulnerauit, non tenetur quasi vulneraret , sed quasi vulnerari faceret.

17 An videatur excusandus homicida si vulneratus medicum non adhibuit,vel in vulnere curando nõ fuit diligens? Vide addit. Bart. in l. Si ab hostibus §.Si vir n.3.lit.B.& ibi Ias.n.8.& D.Barbos.n.36. ff. Soluto Matrim.Hippol.in Pract.§ Et quia n.18.& cons.7.à num.46. Bonacos. Commun.crimin.p.1.verbo Vulneratus fol.187.verso.Clar. §. homicidium n.42.Menoch.de Arbitr.casu 275. num. 10. Mascard. de Probat. concl. 1035. & concl. 1073. num. 14.Surd. de Alimentis titul. 8. priuil. 69. nu.8. Stephan. Gratian. decis.185.n.8 Farin.cons.100.nu.3.cum seqq.& in Praxi crimin.q.127.n.25. vbi resoluit quod vulnerans non tenetur de occisione quando constat vulneratum obijsse culpa medicorũ & debet esse magna mala cura , & magnum malum regimen prædominans qualitati vulneris, & q.127. á nu.87. dicit quod negligentia, & malum regimen vulnerati arguitur ex eo quod in vulnere curando medicum non adhibuit,vel noluit obedire medico,vel bibit vinum purum, vel ambulauit ad serenum , vel ad ventum , vel concubuit cum aliqua muliere.

18 Vulnus lethale quod dicatur? Vide Bernard.Greuæ. ad Practicam Cameræ Imper.lib.2.concl.111.n.17. Farin.d.q.127.à n.1.

19 An medico sit credendum vulnus non fuisse lethale? Vide addit. Bart.in l.1.n.2.lit.C.ff.de ventre inspic.Tiraq. de Nobilit. cap.31.n.398. Gom.to.3.cap.3.n.28.Hippol.cons. 7.n.29.& in l.1.n.54. Cod. de Sicarijs Menoch. d.casu 275.n.11.& cõs. 45.num.23.Clar. §.homicidium nu. 43.Farin.d.q.127.à n.49.& cons.100. num.32.latè, & elegantèr Bernard. Greuæ.d.lib.2.concl.111.

Quid

20 Quid si sit contentio inter chirurgos, & medicos de vulnere? Vide Mascard. cõcl. 1169. n. 40. cum seqq. Bernard. Greuæ. d. concl. 111. n. 10.

21 Quid si simus in dubio? Vide Hippol. in l. 1. nu. 54. & 59. Cod. de Siccarijs, Mascard. concl. 1034. nu. 44. & seq. & concl. 1073. nu. 6. & 7. Farin. d. q. 127. nu. 20. & cons. 100. á num. 14.

22 Quid de illo, qui venit in auxilium, & occidit an principalis teneatur de occisione? Vide Hippol. cons. 69. nu. 7. & cons. 81. nu. 33. Menoch. de Arbitr. casu 471. vbi resoluit quod non, si præter ipsius principalis voluntatem interfecit, & n. 3. dicit quod quis non punitur de auxilio cooperatiuo nisi probetur quod ad committendum illud maleficium præcesserit aliquis tractatus.

23 Quid si famulus alicuius eo præsente, & habente verba cum aliquo percussit eum an imputetur domino? Vide Duenh. reg. 303. ad finem vbi resoluit quod sic, quando delictum famuli cadit ad commodum domini.

24 De prouocato agunt Hippol. in l. Is qui aggressorem n. 27. Cod. de Siccarijs. Mascard. de Probat. concl. 72. n. 9. Rot. Lucens. decis. 14. Farin. d. q. 125. à n. 503. Aggressus præsumitur, qui acclamat, ita Mascard. cõcl. 23. n. 3. & concl. 1128. n. 13.

25 De aggressore quod præsumatur esse in culpa tradit Menoch. remed. 9. Recup. n. 47. & lib. 5. de Præsumpt. q. 3. n. 13. Et quod grauius cæteris debeat puniri asserit Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij n. 255. Farin. cons. 4. lib. 1.

26 De mediatore qui ad diuidendum accessit fictè, vt vni ex rixantibus faueret vide Auiles ad cap. 2. Prætor. n. 5. fol. 75.

Ad Princip. Ordinat. Regia

1 In text. ib: (*qualquer pessoa*) De ebrio an, & quando teneatur l. Omne delictum §. per vinum ff. de re mil. vide Gregor. l. 5. verbo Embriagarse titul. 8. part 7. Clar. §. fin. q. 60. nu. 12. Vesemb. in Paratitl. ff. ad legem Corneliam de Siccar. num. 24. Duenh. reg. 259. vers. Amplia quartò Gom. tom. 3. Vari. cap. 1. n. 73. Iodoc. in Praxi crimin. cap. 84. n. 17. & 18. Menoch. de Arbitrar. casu 326. & casu 377. à nu. 3. Peguer. decis. 18. n. 22. Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 5. nu. 19. Bellacomb. tom. 2. Communium Opin. lib. 9. tit. 13. nu. 79. pag. 495. & Kirchou. tit. 30. num. 100. pag. 547. Perez titul. 8. in Rub. lib. 8. Ordin. pag. 203. cum seqq. & l. 1. in fine in addit. eod. tit. & lib. pag. 208. Azeued. l. 1. nu 32. tit. 13. lib. 4. nouæ Recopil. Mascard. de Probat. concl. 579. nu. 3. Pat. Paul. Comitol. Respons. Moral. lib 5. q. 5. & 6. P. Pined. in vita Diui Ioannis Baptistæ lib. 3. art. 2. cap. 1. pag. 142. P. Molin. de Iustit. tract. 3. disp. 38 á nu. 5. Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij n. 187.

2 De furioso l. Diuus ff. de officio Præsid. Vide Ayrer. de homicid. p. 2. n. 150. Menoch. de Arbitr. casu 325. Fachin. controuers. lib. 9. cap. 3. Ceuall. Communium contra commun q. 33. Petr. Caball. d. tract. á n. 179. P. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 38. à n. 1.

3 De sene l. Si quis in grauescente §. Ignoscitur ff. ad Senatusc. Syllan. Vide Tiber. Decian. resp. 16. & 24. vol. 3. Menoch. casu 329. P. Molin. d. tract. 3. disp. 37.

4 De Infante, pupillo, & minore l. Auxilium ff. de Minor. Vide latè Carot.

Carot.in tract.de minore in delictis excusando, Ayer. de homicid. p. 2. n.124.& seq.Thesaur.Pedam.decis. 161. Menoch. casu 329. Hondedæ. cons.104.vol.1.Raudens.de Annalogis cap.22.n.78.P.Molin. d.tract.3. disp.36.Petr.Caball.d.tract.à n.179.

5 De dormiente l. 1. §. Adipiscimur ff. de acquir. possess. Vide Sebast. Medices in tract. de fortuitis casibus q. 5. nu.36. Tiraq. de pœnis temper.causa 5. Menoch.casu 327. P.Molin.d.tract.3.disp.38.à n.10.

6 De habéte merita in Rempubl. Vide Menoch.de Arbitr.q.92.n.9.

7 De excellente in aliqua arte,vide Alexand. Raudens.de Annalog. cap.22.n.67.& 68. Et de nobili Ioseph.Sesse Aragoniæ decis.11.

8 De Clerico vide cap.Sicut dignum § Clericos de homicid. Pradil. in Summa legum pœnal.p.1. cap.15. nu.7.Farin.in Praxi crimin. q.119.à num.46.

Mandans qua pœna teneatur?

9 In text.ibi *(ou mandar matar)* Ergo mandans tenetur eadem pœna, qua delinquens,vide Clar. §.fin.q. 89. num.1.Aquilin.in l.Si is,qui pro emptore nu.237. ff. de Vsucapion. Menoch.de Arbitr.casu 352. & seq. Mascard.de Probat.concl.1012.Decian.tract.crimin.lib.9. cap.31. cum seqq. Ceuall.Communium contra commun.q.166.Farin. in Praxi crimin.q.135.n.1.Pereg.cons.103. n.10. & cons.85.n.82.inter consilia Farin. Petr.Caball.de omni genere homicidij à n.264. Cardos. in Praxi iudicum verbo Factum n.6.

10 Mandatum non præsumitur vide Mascard. concl.1014. optimè Pereg.cons.107.n.1. & seq. Decian. tract.crimin.lib.9.cap.34. à princip. vbi n.10.cum seqq.an loquens ad aures alicuius si reperiatur postea occisus iniurians præsumatur mãdãs, & n.23.resoluit quod licet dominus fuerit offensus á Titio, & famulus, vel amicus occiderit dictum Titiũ, quod si nil aliud probatum fuerit non præsumetur mandatum, & nu. 27.an mandatum per nutum alicui factum inducatur? Et resoluit per talem nutum consensum non vero mandatum præstari,nisi filius primó interrogaret patrem dicendo iubes mihi, vel mandas,vel rogas me vt occidam talem, responsio nutu,& sic tacitè facta debet de mandato intelligi.

12 Mandatum quomodo probetur? Vide Mascard.de Probat.concl. 866. & concl.1015. Menoch. cons. 788. à n.2.Decian.d. cap.34. nu.26. vbi resoluit mandatum probari per scripturam,& subscriptionem mandantis,& n. vlt. dicit quod vnus testis deponens de mandato facit indicium ad torturam contra mandantem.

12 De pœna auxilij præstiti in homicidio vide Coleri. Germaniæ decis.150.Et ad hoc vt illud præstitum dicatur requiritur assistentia animo doloso, & cogitato, & auxiliatores ad hoc adunati, vide Barzi. Bononiæ decis. 179. Cacheran. Pedam. decis.104.

13 In text.ibi (*morra*) Desumitur ex l.3.Cod.de Episcopali audientia ibi homicida quod fecit semper spectet. Vide Clar.§.homicidium n.14. Decian.tract.crimin. lib.9. cap. 17. cum seqq. Farin. in Praxi crimin.q. 119.á nu.12.Bernard.Greuæ.ad Practicam cameræ Imper.lib.2. concl. 110. num. 4. Pat. Molin. de Iustit. tract.3.disp.21. per totam, & præcipuè à n.4. *Pœna homicidij est mors.*

14 In text.ibi *(porem se a morte for em sua necessaria defensaõ)* Desumitur ex l.Vt vim ff.de Iustitia, & iure, super

per

per qua repetitiones edidere Iaſ. Deci Claud. Curti. Salomon. & alij. Vide Clar. in §. homicidium nu. 19. Duenh. reg. 192. Gom. tom. 3. cap. 3. n. 20. Maſcar. de Probat. concl. 1126. Maynard. deciſ. 23. lib. 2. Farin. in Praxi crimin. q. 125. n. 3. & 10. Dom. Chriſtoph. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l. 58. à n. 1. Bernard. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. cōcl. 110. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 4. collect. 792. Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij nu. 93. plures ex antiquiores refert Doctores Cened ad Decretum collect. 29. n. 2. Cardoſo in Praxi iudicum verbo homicidium n. 5. Ex doctiſsimis Patribus Societatis IESV vide Pat. Molin. de Iuſtit. tom. 4. tract. 3. diſp. 11. à princip. P. Leſsi. eod. tract. lib. 2. cap. 9. à n. 41. P. Rebello de Obligation. Iuſtit. p. 1. lib. 3. q. 12. P. Azori. Inſtit. Moral. p. 3. lib. 2. cap. 1. à princ.

Nota quod vbi quis fuga arrepta ſaluti ſuæ conſulere poteſt, ſe ſubſtitere non debet, ſed fugam capeſſere, niſi ſit miles, vel nobilis, quibus dedecus eſt fugere. Vide Hippol. in l. 1. n. 46. & 47. ff. de Siccar. Clar. §. homicidium nu. 32. Menoch. de Arbit. caſu 177. nu. 14. Farin. d. q. 125. à n. 121. P. Azori. d. cap. 1. q. 14. Bernar. Greuæ d. concl. 110. conſid. 1. á n. 24. P. Paul. Comitol. Reſponſ. Moral. lib. 4. q. 10. n. 16.

15 Amplia primó pro defenſione rerum. Vide Cou. in Clem. Si furioſus p. 3. §. vni. n. 6. Nau. in Man. cap. 15. n. 2. Mench. Illuſtri. cap. 18. nu. 5. Mich. Craſſ. tom. 2. Cōmun. Opin. lib. 9. tit. 10. n. 13. pag. 484. plures per Ceuall. Commun. contra communes q. 349. Cened. ad Decretal. collect. 96. nu. 3. Farin. in Praxi crimin. q. 125. n. 21. & 180. Cardoſ. in Praxi verbo homicidium n. 8. Ex Theologis Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 8. puncto 4. dub. 3. Tolet. in Sum. lib. 5. cap. 6. verſ. Tertius eſt caſus, Beia reſponſ. caſuum conſcientiæ p. 2. caſu 23. Sayr. in Claui Regia lib. 7. cap. 10. nu. 30. P. Molin. d. tract. 3. diſp. 16. n. 1. verſ. Contrariam P. Leſſi. d. cap. 9. á n. 66. P. Rebello d. q. 12. num. 2.

16 Amplia ſecundò pro defenſione proximi vide Clar. §. homicidium n. 27. & 28. Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 10. n. 27. Farin. d. q. 125. à n. 269. P. Soar. d. ſect. 1. n. 39. P. Molin. d. tract. 3. diſp. 18. n. 1. P. Leſsi. d. cap. 9. à n. 87. P. Azori. Inſti. Moral. p. 3. lib. 2. cap. 1. q. 21.

17 Amplia tertiò pro defenſione honoris, & pudicitiæ in mulieribus vide P. Leſsi. d. ca. 9. à n. 76. P. Azori. d. cap. 1. q. 18. Farin. d. q. 125. à n. 41.

18 In text. ibi (*neceſſaria*) Nota quod ſatis eſt probare defenſionem vt eius neceſsitas probata cenſeatur, quamuis de neceſsitatę non articuletur, vide Farin. in Praxi. crimin. q. 125. n. 428. verſ. Limita ſecundò Bonacoſ. tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 10. n. 19. vbi Mich. Craſſ. n. 45.

19 In text. ibi (*ſaluo ſe nella excedeo a temperança*) In quo conſiſtat moderamen, vel exceſſus defenſionis. Vide Kirchou. tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 10. num. 13. verſ. Sed primò Sayr de Cenſuris lib. 6. cap. 17. á n. 7. Farin. d. q. 125. á n. 330. Chriſtoph. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l. 58. nu. 5. Sayr. de Cenſur. lib. 6. cap. 17. á n. 7. P. Rebello d. q. 12. n. 7. Pat. Azori. d. p. 3. lib. 2. cap. 1. q. 2. Bernar. Greuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 110. conſid. 1. à n. 9. Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij n. 94. vbi dicit quo moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtit circa modum, tempus, & cauſam.

Nota

20 Nota quod non dicitur excedere moderamen inculpatæ tutelæ si aliquis feriat armis inuasorem sine armis, quando inuasor prouocato robustior, & ferocior esset. Vide Iodoc. in Praxi crimin. q. 76. n. 14. Bernard. Greuæ. d. consid. 1. n. 12. & 13.

21 Et quando dicatur robustior, & fortior. Vide Hippol. consl. 41. n. 13. Menoch. de Arbitr. casu 363. n. 6. cum seqq.

22 Et in dubio robustior præsumitur aggressor. Vide Tiraq. de Iure primog. q. 17. opin. 7. n. 7. & 8. Gom. tom. 3. cap. 3. n. 25.

23 Nota quod inuasus à fœmina non tenetur adhibere duriora arma nisi moderatius egerit, vel masculus sit minuti, & trepidi animi, fœmina vero ferox. Ita Bernard. Greuæ. d. consid. 1. n. 18.

24 Nota probationem excessus accusatori iniunctam esse vide Vincent. Hondedæ. decis. consult. 99. n. 14. & 15. Viui. Neap. decis. 458. n. 8 Bernard. Greuæ. d. consid. 1. à n. 44.

25 In text. ibi (*por algũu caso sem malicia*) Vtpote in infantulo reperto suffocato in lecto incuria matris, vel nutricis, de quo agit Farinac. in Praxi crimin. q. 98. nu. 72. vbi nu. 63. agit de illo, qui dormiens surrexit è lecto, & aliquem occidit.

AD §. I.

Vide Grammat. decis. 23. num. 9. cum seqq. & decis. 32 in. 2. Tiraq. de Nobilit. cap. 20. n. 38. Farinac. in Praxi crimin. p. 1. q. 98. n. 105. cum seqq.

AD §. II.

De venenãtibus. 1 Concordant apud Hispanos l. 7. & 8. tit. 7. part. 7. Vide Clar. §. fin. q. 92. n. 2. Hippol. ad Rub. ff. ad legẽ Corneliam de Siccar. nu. 4. Anton. Gom. to. 3. cap. 3. n. 7. Cou. in Clem. Si furiosus p. 2. in princip. nu. 11. Bonacos. Commun. crimin. p. 1. verbo Venenum fol. 183. Grammat. decis. 2. à nu. 5. Baiard. ad Clar. §. homicidium n. 27. Menoch. de Arbitr. casu 360. n. 46. Syluan. consl. 43. n. 21. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 21. & 22. Pat. Molin. de Iustitia tom. 4. tract. 3. disp. 24. n. 1. Pradil. in Summa legum pœnal. p. 1. cap. 17. Petr. Caball. de omni genere homicidij n. 550. cum multis seqq. Thom. Valasc tom. 1. allegat 13. n. 134. & seq. Farin. in Praxi crimin. q. 122. à princ. vbi à num 32. agit de pœnis, quibus puniatur vendens, emens, conficiens, aut retinẽs venenum, & à n. 53. an in crimine veneni præsumptiua probatio sufficiat de quo etiam Decian. d. lib. 9. ca. 24.

2 An & quando dans, vel recipiẽs poculum, aut causam ab ortioni vt homicida puniatur? Vide Cou. lib. 2. Vari. cap. 20. nu. 10. Clar. §. fin. q. 68. n. 2. Gom. tom. 3. cap. 3 n. 32. Ozasc. decis. 60. Plac. de Delictis cap. 20. n. 5. & 6. & in cap. 26. n 8. Menoch. de Arbitr. casu 377. Soar tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 1. n. 71. pag. 436. Thesaur. decis. 12. & 13. Sayr. decis. 22. & 23. sub tit. de homicidio. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 33. art. 4. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 72. num. 17. P. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 27. Farin. in praxi crimin. q. 122. à num. 91. cum seqq. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 3. col lect. 590. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 32.

3 In text. ibi (*posto que de tomar a peçonha se não sigua a morte*) Minori tamen pœna esse plectendum si mors non sequatur communis docet resolutio, vt videre est per Carrer. in Pract.

Pract.crim.§.homicidiũ n.29.Felin. in tract.quando conatus n.13. Viui. tom.2.Cõmun.Opin.lib.9.ti.1.n.83. vers.Et primó pag.437.& tit.12.n.9. vers.Et primo pag.489. Clar.§.fin.q. 92.n.2.vers.Si est tamẽ Decian.trac. crim.lib.9.c.23.& c.26.n.11. Ceuall. Communium q.540.nu.8.Farin.in Praxi crim.q.122.à n.14. Pet.Caball. de omni genere homicidij á n. 573.

4 Consanguineus venenans carceratum quas pœnas incurrat? Vide Felin.in cap.Cum iuramentum n.3. de homicid.Hippol.in.l.1.ff.de Sicar.n.3.Clar.§.homicidium nu.13.& 14. Menoch.de Arbitr.casu 285. n. 5. cum seqq.Petr.Caball.d.tract. de omni genere homicidij n.578.

AD §. III.

De Assassinis.

1 Desumitur ex cap. Pro humani de homicidio lib.6. Vide Afflict. in cap.1.n.30.cum seq.de eo,qui interfecit fratrem domini sui lib.3.fol.71. Cou.lib.2.Vari.cap.20.num.9.& in Clem.Si furiosus p.2.in initio à n.9. Nau.in cap.Nouit notab.3. nu.109. de Iudic.Clar.lib.5.§.Assassinũ. Anton.Gom.tom.3.cap.3.n.11. Bossi.in pract.tit. de mandato ad homicidiũ n.13.Plac.de Delict.lib.1.cap.19.n.2. Menoch.de Arbitr.casu.360.nu.41. Viui.tom.1. Commun. Opin.28. & tom.2.opin.53. Salzed. ad Bernard. cap.96.vers.Sed quia Decian. tract. crim.tom.2.lib.9.cap.30. Perez l.12. tit.13.lib.8.Ordin.Gutier.Pract. lib. 3.q.7.n.23.Mascard.de Probat.cõcl. 137.& 138.Soar. de Paz in Praxi to. 1. p.5.cap.3.§.3.à n.131.Farin.in Praxi crim.q.8. n.82. vers.Amplia primò,& q.123.à n.1.Bouadil.in sua Politica lib.2.cap.14.nu.76. P.Soar.de Religione tom.1.lib.3.tract.2.cap.11. n.15.& 16.Ceuall.Commun. contra commun.tom.4.q.902.n.1.Petr.Caball. de omni genere homicidij à n. 472. P.Molin.de Iustit.tom.4.tract. 3.disp.25.Cardoso in Praxi iudicum verbo Assassinus.Pradil. in Sũma legum pœnaliũ p.1.cap.19. D.Mart.de Iurisd.p.4.cent.2.casu 139.n.1. & 2. & in votis nouiss.decis.voto 238.nouissimè Hortens.Caualcan.in tract. de Brachio Regio p.1.n.76.cũ seqq.

2 In text ibi (*por dinheiro*) Vel pro præmio vt per Alexand. Raudens. quem refert Aloys.Ricci.in collect. decis.p.1.collect.101.Hortens.Caual. d.p.1.n.79. Etiamsi præmium sit incertũ secundum Vincent.de Franc. decis.176.Decian.d.lib.9.cap.30. n. 17.vbi resoluit quod vt sit assassinũ oportet quod intercedat, vel datio pecuniæ, vel alterius cuiuspiam rei, vel saltẽ promissio de dãdo, & quod sit certum non in genere, & quod constet de acceptatione mandati,& promissionis.

3 In text.ibi (*& estas mesmas penas, &c.*) Quæstio autem est non leuis an in hoc crimine puniatur mandans, etiam nõ sequuto effectu homicidij? Ordinatio in præsenti negatiuam partẽ est amplexa,de illa tamen vide Mascar.concl.138.n.2.Perez l.12 tit. 13.lib.8.Ordin.Thom.Triuisan. Venet decis.18.p.2. Decian.d. cap.30. n.3.13.& 14.agit de mãdatario,& resoluit quod si deuenit ad actum proximum consumationi effectus puniatur pœna ordinaria aliás puniretur extraordinariè,de quo vide Farin.q.123.á n.77.

4 In text.ibi (*mãdar matar*) An si pater mandet filio,vt talem occidat,& ipse occidat,dicatur assassinũ commisisse,vel pater, vel filius, vel vterque? Vide Bald.cons.256.in 2.quem refert Decian.d.cap.30.n.18.

5 In text.ibi (*& ferindo outra pessoa*) Vide Decian.d.cap.30.n.41.

AD §. IIII.

1 Vide apud Hispanos l.14. tit. 23. li.8.nouæ Recop.Cab.p.1.Aresto 55.
2 In text.ibi (*de qualquer condição q̃ seja*) Comprehendit fœminas vt per Bernard.Greuæ. ad Pract. Cameræ Imp.lib.2.concl.110.consid.1.n.18.
3 In text.ibi (*lhe sejão decepadas as mãos*) Quid si manus sit arida? Vide Felin.in cap. Inter cæteras nu. 8. de Rescript. Afflict. in cap.1.§. Si quis alium n.5.de pace tenenda lib.3.fol. 48.Ias.in l.De quibus n.37.ff.de Legib.Duenh.reg.393.ad finem Greg. l.16.verbo Cortar.tit.19. part.3.Menoch.lib.5.de Præsumpt.q.49. n.8. Vezin.tom.2. Commun.Opin. lib. 9.tit.30.n.140.pag.549.
4 In text.ibi(*& se tirar de proposito*). Propositum quomodo probetur? Vide Mascar.de Probat.cõcl.864.n.2. Menoch.de Præsump.lib.5.q.40. n. 3. Farin. in Praxi crimin. q. 126. à n.8.

AD §. VI.

1 In text.ibi (*sejalhe decepada hũa mão*) An debeat esse dexteram? Vide Hippol.in l.1.de Siccar.n.59. Perez l.1.verbo le corten la mano titul.13. lib.8.Ordin.Farin. in Praxi crimin. q.19. nu.27. Hortens.Caualcan. de Brachio Regio p.4.n.15.vbi resoluit quod de manu minus fructuosa intelligitur.
4 Quid si vnicam tantum manum habeat? Vide Grãm. decis.94.Menoch.de Arbitr.casu 449.à n.7.Gregor.l.1. verbo Que la saquen tit.13. part.2 Farin.d.q.19.n.28.
3 Quid in debiliori? Vide Clar.lib. 5.§.fin.q.69.n.4.Farin.d.q.19.n.27.
4 An sit pœna capitalis abscisio manus, vel alterius membri? Vide Menoch.de Arbitr.lib1.q.86.nu.15. Hippol.in l.1.Cod.de Siccar. n.62. Farin.d.q.19.num.25.

AD §. VII.& vltim.

1 Vide P.Molin. de Iustit. tom.4. tract.3.disp.29.vers.§.7.
2 Quid si in facie non remaneat cicatrix an pœna istius legis mitiganda sit? Vide Farin. in Praxi crimin. q.18.num.98.vers. Vnde,& de cicatrice in facie, vel oculo, vide eund. q.18.n.97.
3 In text.ibi(*mandar dar*) E a pessoa que a der por mandado de outrem posto que seja nobre, serà castigada com pena vil, vide na noua reformação da justiça,no §.que começa: As pessoas,&c.
4 Mandans, & mandatarius possunt accusari in eodem libello secundum Bart. in l. Sed si vnius §. Seruus meus ff. de Iniur. quem refert,& sequitur Farin.in Praxi crim. quæst.135.num.147.

Ad tit.36. Ordinat.Regiæ.

In antiq. Extrauag. 1 titul 2. part.4.

Das penas pecuniarias dos que matão,&c.

VIde P.Molin.de Iustit. tom.4. tract.3.disp.29.§.8. latè Farin. in Praxi crim.q.119.à n.27.

Ad tit.37. Ordinat.Regiæ.

In antiq. ti.3.§.27.

Dos delictos cometidos aleiuosamente.

COncordat apud Hispanos l.3. tit.19.part.2. Vide Bonacos.p. 1.verbo Proditor fol.140.Burg. cons.22.n.16.Canter.in quæst.crim. cap.6.

cap. 6. à n. 31. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 29. Perez l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordin. Gom. tom. 3. cap. 3. num. 5. Soar. de Paz in Praxi p. 5. cap. 3. à num. 115. Pat. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 23. latè Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij à num. 396. optimè Thom. Valasc. tom. 1. Allegat. iuris alleg. 13. à n. 125. cum seqq. vbi n. 133. agit de §. 1. huius tit. & numeris sequentibus de §. 2. & 3. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 1. à n. 80.

Ad tit. 38. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 16.

De occidēte mulierē repertam in adulterio.

Do que matou sua mulher pella achar em adulterio.

Desumitur ex l. Grachus Cod. ad legem Iuliam de Adulter. Concordat apud Hispan. l. 13. tit. 17. part. 7. vbi glos. 4. Vide Cou. de Sponsal. p. 2. cap. 7. §. 7. nu. 8. Tiraq. l. 9. connub. n. 9. Mench. de Success. creat. §. 7. n. 22. & Vsufreq. cap. 8. & Illust. cap. 49. à nu. 4. Perez l. 1. vers. Quæritur 5. tit. 3. lib. 5. & l. 2. vers. Præterea quæri potest tit. 15. lib. 8. Ordin pag. 292. Menoch. de Arbitr. casu 420. n. 22. & casu 482. n. 3. & 4. Greg. de Valent. tom. 3. disp. 5. q. 8. puncto 3. Salon. in 2. 2. q. 64. art. 3. controu. 2. Azeued. l. 1. n. 21. tit. 10. lib. 4. & l. 1. in fine tit. 20. lib. 8. nouæ Recopil. Gutier. Pract. lib. 2. q. 1. nu. 22. Cened. ad Decretum collect. 12. à princ. Decian. tract. crim lib. 2. cap. 19. n. 8. Ceuall. Commun. contra cōmun. q. 833. à n. 12. & n. 20. D. Barbos. in l. Si ab hostibus §. fin. á nu. 40. ff. Soluto Matrim. Farin. in Praxi crim. q. 91. n. 6. & q. 121. á n. 57. cũ sequent. Sayr. in Claui. Regia lib. 7. cap. 10. n. 6. D. Mart. de Iurisdict. p. 3. cap. 8. n. 24. Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij à n. 23. Caualcan. de Brachio Regio p. 1. n. 282. in B. 2. nouissimè Lusitan. Ægid de Iure, & priuil honest. art. 6. à n. 18. P. Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 5. cap. 20. col. 456. P. Molin. de Iustit. tom. 4 tract. 3. disp. 7. a n. 2. & disp. 99. per totã P. Sanch. de Matrim lib. 10 disp. 8. a n. 37. P. Rebello de Obligat. Iustit. p. 1. lib. 3. q. 10. n. 13. An hæc Ordin. procedat in marito occidente adulterum proditorie? Vide Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 67. n. 16.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*homem casado*) Idem esse in patre, qui potest impune occidere filiam in adulterio repertam, ac ipsum adulterum, post multos, quos refert cum ampliat. & limit. hanc regulam ponit Farin. in Praxi crimin. q. 121. n. 1. cũ multis seqq. vbi n. 34. resoluit patri datũ esse ius occidẽdi filiã si eam in potestate habeat, de quo etiam Pinel. in Rub. Cod. de Bonis mat. p. 2. n. 19. Perez l. 4. verbo Con su hija tit. 13. lib. 8. Ordin.

2 In text. ibi (*em adulterio*) Vel in præparatorijs ad coitum veluti in mutuis amplexibus, & osculis. Vide Surd. de Alim. tit. 7. q. 16. nn. 32. cum seqq. Dom. Christoph. de Paz in Scholijs ad leges styli l. 62. schol. 2. n. 15. D. Barbos. in l. 2. in princip p. 2. n. 70. ff. Soluto Matrim. P. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 91. num 8. Farin. in Praxi crimin. quæst. 121. nu. 41. & à num. 107. & num. 110. hoc limitat in consanguineis, cum ex consaguinitate omnis mala præsumptio tollatur, & allegat Mascard. de Probat. concl. 312. à num. 3. & concl. 981. nu. 8. Menoch. de Præsumpt. lib. 5. q. 17.

3 In text.ibi(*licitamente*)Nota in foro conscientiæ peccare maritum occidendo vxorem in adulterio deprehensam. Vide Cou. de Sponsal.p.2. cap.7.§.7.à n.8.Gom.l.80.Tauri n. 52. Decian.tract.crim.lib.9. cap.15. n.36.in fine vers.de Iure autem Canonico,& nu.40. P. Sanch.de Matrim.lib.10. disp.8.à nu.38. post Menoch. Petr. Greg. & alios Farin.in Praxi crimin. q.121. num.55. vers. Pro concordia,& á n.122.Petr.Caball.in tract.de omni genere homicidij n.25.D.Mart.in votis nouißim. decis.voto 98.num.13.nouißimè Bened. Ægid.d.tract.6.n.24.

4 In text.ibi(*poderà matar*)Non tamen seruo,aut liberto licitum est dominum, aut patronum in adulterio deprehensum occidere ex l.Si adulterium §.Liberto ff.ad legem Iuliam de adul. Vide Baiard.ad Clar.§.homicidium n.182.Farin.d.q.121.n.78.& n.119.idem in filio resoluit, cui non licet patrem occidere,quamuis eum cũ eadem sua vxore deprehenderit.

5 Nota quod pater,& maritus pro occidendo adultero possunt conuocare amicos,& affines in auxilium, atque etiam filio mãdare vt eum occidat,& filius obediendo excusatur, & probat §.fin huius tit. Vide Tira. de Retract.lig.§.26.glos.1.nu.68. & seq.& in l.Si vnquam in princip.nu. 16.Gom.l.76.Taur n.17.&l.80,n.62. & tom.3.cap.3.n.42.Farin.d. q.121. à num.79.Pat.Molin.de Iustit.tom. 4. tract.3.disp.99.n.17.Petr.Caball. d.tract.n.52.

6 In text.ibi(*assi a ella*)Procedit in sponsa de præsenti. Vide Farin.d.q. 121. n.72.

7 In text.ibi(*quomo o adultero*) Etiã si Clericus,vel Monachus,quos potest occidere si eos reperiat cum sua uxore absque timore excommunicationis.Vide Gom.l.80.Taur. n.55. Menoch.de Arbitr.casu 419. nu.92. Farin.d.q.121.á nu.73. Petr.Caball. tract.de omni genere homicidij n. 24. Cardoso in Praxi iudicum verbo Adulterium n.12. Ceuall. Communium contra commun. q.833.n. 30. vbi intelligit ex repentino animi,secùs si ex deliberatione.

AD §. I.

Vide D.Barb.in l.2.in princ. p.1. n.112.& in l.Si ab hostibus §.fin.n.58. ff.Soluto Matrim. D.Mart. in votis nouiss.decis.voto 206.per totum.

AD §. II.

Vide Gom.l.80.Tauri.n.63. Cened.ad Decretũ collect.12.n.8.Surd. de Alimentis tit.8. priuil.69. nu.10. Flores ad Gam.decis.3.ad finem.Farin.in Praxi crim.q.120. à num.64. Cald.Pereira in l. Si curatorẽ verbo Sua facilitate à n.12.D.Barbos.in l.2. in princ.p.1.n.56.cum seqq. ff.Soluto Matrim. & in l. Si ab hostibus §. fin.n.42.& n.58.& 59.P.Rebello de Obligat.Iustit.p.2.lib.6.q.6.num.4. vers.Iuxta,& n.10. *Vir vxorẽ adulteram occidens nõ lucratur dotem.*

AD §. III.

Vide quæ dixi supra hoc lib.titul. 25. §. 8.

Ad tit.39. Ordinat.Regiæ. *In antiq. tit.10.§.8*

Dos que arrancão em presença del-Rey,&c.

Ad Princip.Ordinat.Regiæ.

1 IN text.ibi(*toda a pessoa*) Comprehendit fœminas,vt optimè resoluit Ber.Greuæ.ad Prac.Cameræ Imper.

Imper. lib. 2. concl. 110. consider. 1. num. 18.

2 In text. ibi (*em nossa presença*) Bossi in titul. de Iniur. num. 5. tradit quod etiam stante remissione partis ob non præstitam condignam reuerentiam Principi iniurians potest plecti aliqua pœna arbitraria, & subdit se vidisse sæpe acriter puniri euaginantes arma in præsentia, seu domo Principis, refert Farin. in Praxi crimin. quæst. 105. num. 188. & delictum coram Principe commissum dicitur grauissimum vt per Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 1. n. 202.

3 In text. ibi (*arrancar arma*) Vide Ias. in §. Ex maleficijs num. 85. Instit. de Actionib. Hippol. in Pract. §. Pro complemento nu. 17. & 18. Felin. in cap. Ita quorundam num. 2. de Iudæis. Cabed. 1. Aresto 49.

4 In text. ibi *(que ferir)* Nota quod leuis cutis ruptura non dicitur vulnus. Ita Perez l. 1. prope finem titul. 13. lib. 8. Ordin. optime Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 4. num. 151. vbi resoluit non procedere in modica scissura, seu scarpinatura, & ibi etiam resoluit quod licet dentes appellentur arma nihilominus de consuetudinaria interpretatione non comprehenditur qui parum dentibus lacerat.

5 In text. ibi (*ou offender algũa pessoa*) Armis scilicet, non tamen si verbo, aut scripto aliquem iniuria affecerit. Ita Cald. Pereira quæst. forens. in Comment. ad l. Vni. Cod. Ex delictis defunct. p. 1. n. 4.

6 Curia quæ dicatur, vide Perez li. 8. Ordin. pag. mihi 389. Greg. l. 27. tit 9. part. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 13. §. 1. à princip. D. Barbos. in l. 2. §. Legatis nu. 37. cum seqq. ff. de Iudic. Cabed. p. 1. decis. 13. n. 3.

Ad tit. 40. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 75. §. vlt.

Dos que arrancão em Igreja ou Procissão.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Vide Cabed. p. 1. Aresto 4. Cald. Pereira quæst. Forens. in comment. ad l. vni. Cod. Ex delictis defunct. p. 1. n. 6. vbi resoluit pœnam huius legis non habere locum in eo, qui verbaliter in Ecclesia, aut Processione aliquem offenderit. Et aduerte quod iniuria dicitur atrox ex Farin. in Praxi crim. q. 105. n. 206.

In text. ibi *(dentro em Igreja)* Secus si extra Ecclesiam euaginauerit gladiũ, & eo euaginato ingrediatur Ecclesiam, quia initium expectandum est. Vide Abb. in cap. Dudum 2. 1. n. 11. & addit. ibi lit. F. de Elect.

Ad tit. 41. Ordin. Regiæ.

In antiq. ti. 10. §. 6.

Do escrauo, ou filho que arranca arma contra seu senhor, ou pay.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

In text. ibi *(qualquer escrauo)* Quid in liberto occidente patronum, aut patronam? Vide l. 1. ibi patronum ff. ad legem Pomp. de parricid. Ant. Gom. de Delictis cap. 3. n. 3. vers. Itẽ adde quod similiter. Plac. de Delictis lib. 1. ca. 22. n. 23. Decian. tract. crim. lib. 9. c. 9. n. 9. & 11. & c. 10. n. 8. & seq. Farin. in Praxi crim. q. 110. n. 113.

AD §. I.

Extrauag. 13. tit. 2. p. 4

1 Desumitur ex titul. & Cod. ad

De parricidio, & eius atrocitate.

legem Pompeiam de parricidijs, & vide Azo.in sum.de his, qui parentes,vel liberos occiderunt.Conrad. in Pract.tit. de Parricidijs. Iodoch. in Pract.crimin.cap.87.de Parricid. Cou.in Clem.Si furiosus p.2.in princip.n 12.Ioan.Vella de pœnis delict. cap. 27. Petr. à Placa in epithome delict.cap.22.Clar.in Pract.§.Parricidium.Anton.Gom.tom.3. de Delictis cap 3.n.3.Petr.Gregor.Syntag. iuris lib.36. cap.24. Viui. Kirchou. Soar. & alios tom. 2. Communium Opin. lib.9.tit.14.pag 504.Decian. tract.crimin.lib.9 cap.86 Menoch. de Arbitr. casu 356. Fachin. lib. 9. controuers.cap.86.Salorsan.de Parricid.Guid.Pancirol.in thesauro vari.lectionum lib.2.cap.236.Farin.latissimè in Praxi crimin. q. 120. Pat. Azori.Instit.Moral. p.2. lib.2. cap. 25. q.1.Pat.Molin. de Iustit. tom.4. tract.3.disp.26.Cardos.in Praxi iudicum verbo Homicidium nu. 28. & verbo Mulier num.25.Cald.Pereira quæst.forens. in comment. ad l.vni. Cod.Ex delictis defuncto.p.2.n.31.

2 In text.ibi(*& o filho,ou filha, &c.*) Amplia primò procedere in filio naturali.Vide Ias.in l.2.§.Prætor ait n. 11. ff.de In ius vocando.Clar.§.Parricidium n.2. vers.Quæro nunquid. Gom d.n.3. vers.Quæro tamẽ.Soarez Commun.lit.P.nu.15.Farin.d.q. 120. n.110.

3 Amplia secundó in filio naturali bastardo. Vide Carrer. in Pract. crim.tract.3. de homicid. & assas. §. 9.quæro n.13.& 14. Plac.d. cap.22. n.12.in fine vers.Quin etiam ad spurios.Cassan. in Catalogo p.11. consid.15.vers.Ad vnum.Farin.d.q.120. n.110.Surd. decis.249.n.18.vbi contrarium videtur sentire.

4 Amplia tertiò in filio spirituali. Vide Plac.d.cap.22.n.18.Baiard. ad Clar. §. Parricidium nu 1. Tiraq.de pœnis temper.cap.21.n.2.Decian.tamen lib.9.cap.9.nu.6. quem refert Farin.d.q.120.n.116.hãc ampl.nullo iure fulcitam existimat,& propterea occidentem patrem spiritualem grauius puniendum asserit, quam simplicem homicidam propter qualitatem spiritualis coniunctionis , non autem vt parricidam.

5 Amplia quartò vt idem sit è contra in parẽtibus occidentibus filios. Vide l.1.ibi sed si mater,&c. ff.ad legem Pompei. de parricid. & l.1. in princip.Cod.eodem Gom.d.n.3. in princip.Decian.lib.9.cap.8.nu.1. & seqq.& nu.12.Salorsan.de Parricid. lib.2.cap.10.Farin.d.q.120. à n.106.

6 Limita primó in filio adoptiuo, qui si patrem adoptante occidat, non punitur vt parricida,grauius tamen quàm simplex homicida. Vide Ias.in l.2.§.Prætor ait.nu.12.& 13.ff. de in ius vocando.Decian.tract.crimin.lib.9.cap.9.n.5.Farin. d.q.120. num.163.

7 Limita secundò in filio exposito.Vide Menoch.de Arbit.casu 396. à n.9.Surd.de Alimentis tit.4.q.18. n.51.Farin.d.q.120.n.164.cum seqq.

8 Limita tertiò in filio occidente patrem venientem contra Fidem Christi.Vide Plac.d.cap.22.num.15. Decian.d.lib.9.cap.15.n.8. Farin.d. q.120.n.176.

9 Limita quartò in filio occidente patrem ad sui defensionem.Vide Decian.d.lib.9.cap.15.n.12.Farin.d. q.120.nu.186. Cald.Pereira in comment.ad l. vni. Cod. Ex delictis defunct.p.2.n.28.

10 Limita quintó in filio furioso. Vide Iodoc.in Pract.crimin.cap.87. de Parricid.num.6. Farin. d. q.120. num.181.

11 Limita sextò in parricidio cõmisso

misso sine dolo. Vide l.1.ibi cuiusuè dolo malo id factum erit ff.ad legem Pomp.de parricid. Decian. d. lib.9. cap.15.n.1.& 35.Farin.d.q.120.num. 182.vbi n.183. resoluit quod in parricidio dolus non præsumitur.

12 Limita septimò in filio occidente patrē suum ignorante sibi patrem esse, nisi talis ignorantia sit crassa,& supina. Vide Decian.d.lib. 9.cap.15.n.7.Farin.d.q.120.nu.184. & 185.

13 Limita octauò in filio occidente patrem bannitum,qui arbitrio iudicis punietur,cum à filio pater bannitus interemi minime possit. Vide Deci. in cap. Quæ in Ecclesiarum n.14.de Constit.Menoch.de Arbitr. lib.1.q.90. à num.43. Farin. in Praxi crim.q.103.à n.275.

14 Limita nonò in filio occidentē patrem ingratum,vel è contra,quādo ingratitudo est exhæredatione digna. Vide Bart. in l. Diuus Adrianus ff.ad legem Pompei.de parricid. Menoch.d,casu 356.nu.41.Decian. d.lib.9.cap.15.n.26.Farin. d.q.120.à n.167.vbi n.169.resoluit quod patris sæuitia erga filium excusare eum potest aliqua ex parte,si ipse filius deinceps impias manus eidem patri intulerit.

15 Lampridius in Alexandro seuero dicit quod manus amputabitur filio patrem percutienti,prout resoluit Pat.Pined. in Iob.tom.2.cap.31. vers.22.pag.529.Et non præsumitur filius is,qui patrem verberibus afficit ex Alber.in l.Eum , qui Cod. de Episcop.& cleric. Felin. in cap. Afferte n.2.de Præsumpt. quos refert Menoch.de Præsumpt.lib 5.q.11. n. 5. Et facit illud quod fieri iussit Petrus Rex Portugalliæ de monacho incluso in alueario , & serra in duas partes dissecto,prout refert Eduard. Nonius in vita eiusdem Regis fol.179.

Ad tit.42.Ordinat.Regiæ.

Dos que ferem,ou injurião as pessoas com quem trazem demandas. *De vulnerante,vel iniuriā inferente colitiganti.*

Ad Princip. Ordinat.Regia.

1 IN text.ibi(*que ferir*)Leuis tamen cutis ruptura non dicitur vulnus.Vide Deci.in cap.De appellationibus n. 7. de Appellation. Afflict in cap.1.§.Porrò n.5.Quæ sit prima causa beneficij amitt. lib.3. fol. 11. Succin.reg.284. vers.Tertio fallit.Perez l.1.prope finem tit.13.lib. 8. Ordin.optime Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p.4. n.151. vbi n. 152. resoluit quod licet dentes appellentur arma iuxta Psalm. 56. ibi filij hominum dentes eorum arma, nihilominus consuetudinaria interpretatione non comprehenditur in statuto de vulnerante, qui parum dentibus lacerat. *In antiq. ti.10.§.4.*

In text.ibi(*trouxer demanda*)Ex litibus enim inter collitigantes solent oriri inimicitiæ per text. in cap. 1. vbi scribentes de Iudic. & Ordin. supra lib.3. titul.56.§.7. ita ut in alia causa possit recusari iudex,cum quo mihi lis est ex glos. 1. vbi Panorm. Deci.& Barbat. in cap. Cum super de Officio deleg.Corset.in sing.verbo Iudex.

In text.ibi (*ou injuriar*) Nota quod si quis vna vice plures iniurias fecerit plura conuitia in aduersarium dicendo,pro omnibus solum punitur pro vna iniuria. Ita bene Hortens.Caualcan.de Brachio Regio p. 6. n.301.

In text.ibi(*se se não prouar que o ferimentos*

mento, &c.) Cui incũbat onus probandi ex noua causa illatam fuisse iniuriam? Dic offenso incumbere ex l. Qui accusare Cod. de Edendo, & l. Actor Cod. de Probat. cum traditis per Mascard. de Probat. concl. 1131. n. 38. & concl. 1157. à n. 9. Sufficiet tamen offenso probare quod nullis verbis fuit à suo collitigante percussus, vel iniuriosis verbis affectus ex Bart. in l. Respiciendum §. Delinquunt ff. de Pœnis, cum traditis per Cou. lib. 2. Variar. cap. 20. nu. 7. Clar. §. homicidium n. 9. Perez ad l. 1. titul. 3. lib. 5. Ordin. Pag. 146. Et in dubio præsumitur ex noua causa Paris. cons. 165. n. 26. vol. 4. Bonacos. tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 25. n. 105. pag. 527. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 4. num. 167. in fine.

AD §. I.

Aduocati non se tuentur armis. In text. ibi (*procurador*) Non enim aduocati armis se tuentur, sed laboriosæ vocis cõfisi munimine laborãtium spem, vitam, & posteros defendunt, vt aliàs inquit Imper. in l. Aduocati 14. in fine Cod. de Aduocatis diuers. iudiciorum: ideo propulsatio iniuriarum sibi illatarum ab illis cõtra quos aduocationis officium exercent pendet á magistratibus, qui insolentiam, & petulantiam eorum coercere possunt, & vt inquit Cicero pro Cluent. Sudandum est ijs, qui magistratum gerunt pro communibus commodis adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpè pro Republ. tempestates cum multis audacibus improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum.

Ad tit. 43. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 93.

Dos que fazem desafios.

De pugnantibus in duello.

Vide Concil. Trid. Sess. 25. de Reformat. cap. 19. vbi filius meus P. Augustinus Barbosa plures citauit Doctores, de materia illius cap. & duelli agentes, quorum tamen aliquos hic iterum esse allegandos necessarium iudicaui, vide ergo Siluest. Caietan. Armil. & alios summularios verbo Duellum, Zerol. in Praxi Episcopali verbo Duellum. Stephan. Quarant. in Summa Bullarij eodem verbo pag. 218. Nauar. cons. 1. & 2. de Purgatione vulgari. Viui. tom. 2. Commun. Opin. in fine tract. de Feudis tit. 2. nu. 85. pag. 595. Azeued. l. 10. nu. 18. tit. 8. lib. 8. nouæ Recopil. Bernard. & Salzed. in Pract. cap. 100. Mench. Illustrium cap. 49. nu. 11. cum seqq. Cened. ad Decretal. collect. 117. nu. 4. Bouadil. in sua Politica lib. 2. cap. 14. nu. 41. Farin. in Praxi crimin. q. 119. n. 23. & 24. & cons. 9. lib. 1. Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij à n. 76. cum multis seqq. Ex Theologis P. Henriq. in Sum. p. 2. lib. 13. cap. 39. nu. 3. Frat. Emman. quæst. Regul. tom. 3. q. 61. art. 1. vers. 12. Bannes 2. 2. q. 64. art. 7. dub. 3. Sayr. in Claui Regia lib. 7. cap. 13. á nu. 11. Et de Censuris lib. 3. cap. 31. à n. 29. Pat. Martin. Delri. Disquisit. Magic. lib. 4. cap. 4. sect. 2. pag. mihi 315. P. Paul. Comitol. Respons. Moral. lib. 6. q. 13. cum seqq. P. Valeri. Reginal. in Praxi fori pœnitent. lib. 21. cap. 7. á n. 75. P. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 17. latissime Pat. Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 2. cap. 39. num. 19. cum multis sequentibus.

AD

AD §. I.

In text. ibi (*ou que acompanharem os sobreditos*) Vide Petr. Caball. de omni genere homicidij á n. 83. P. Sanc. in Præcepta Decalogi lib. 2. cap. 39. n. 31.

AD §. II.

Extat Bulla Clementis VIII. contra mittentes, & diuulgantes chartulas prouocatorias, quam refert Stephan. Quarant. in Summa Bullarij verbo Duellum pag. 218.

Ad tit. 44. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 61.

Dos que nos arruidos chamão outro appellido senão o delRey.

HÆc lex lata fuit Eboræ à Rege Eduardo, & habuit ortum (prout accepi ab Ordinatione antiquiori manu scripta) ab antiquis rixis, & simultationibus, quas ibi inter se excitabant suorum opē, & auxilium implorantes ex vna parte Martinus Alphōsus Mellius arcis Eborensis præfectus, & Vascus Martins magnus Regiæ personæ custos, eiusquè frater Ioannes Mellius, & ex alterà Aluarus Abræus Episcopus Eborensis, & eius frater Ioannes Falconius, filij Gundissalui Ioannis Abræi, quorum etiam familiares cū rixarentur, & contenderent suorum opem, & auxiliū implorabant, quod deinceps ne fieret pro sedandis rixis lege stabilitum est, nisi Regis auxilium imploretur.

Quiritare quid?

Et quiritantibus Aqui delRey teneri omnes quàm maximè possunt opem ferre ex Rebuff. ad leges Galliæ titul. de litter. oblig. art. 6. glos. 2. n. 15. probat Lusitan. Anton. Correa in fragmentis ad hunc lib. pag. 33. n. 64. Quiritare, inquit, Varro lib. 5 de lingua Latina, dicitur is, qui Quiritum fidem clamans implorat, & Nonius Marcellus, quiritare est clamare, tractum ab ijs, qui Quirites inuocant, & ita refert D. Sebast. de Orozco en el Thesoro de la lengua Castellana verbo Grita.

Ad tit. 45. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 51. & primùm lata fuit per Regem Alphonsum III.

Da pena que auerão os que fizerem assuada.

COncordant apud Hispanos l. 16. tit. 26. part. 2. & l. 2. tit. 10. part. 7. vbi Gregor. Vide Clar. §. fin. q. 83. n. 4. Auiles ad cap. 2. Prætor. verbo Ni confederacion fol. 77. n. 5. Perez ad lib. 4. Ordin. tit. 10. pag. 876. Mascard. de Probat. concl. 450. n. 4. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 7. nu. 18. & 19. Pat. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 682. nu. 4. latè Farin. in Praxi crimin. q. 113. n. 133. cum seqq.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Quot homines gentē faciant?

1 In text. ibi (*cō ajuntamento de gēte*) Quot homines faciāt conuenticulā, aut gentem? Vide Bart. in l. 2. n. 5. ff. de vi bonorum raptor. Deci. in cap. 1. n. 14. de Elect. Boer. decis. 173. n. 8. Ias. in l. Licet Imperator nu. 20. ff. de Legatis 1. Gregor. l. 2. verbo Tal tit. 16. part. 7. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 13. §. 6. verbo Gens nu. 1. pag. 374. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 7. n. 13. Mascard. de Probat. cōcl. 450. n. 4. Perez l. 3. verbo Ajuntamēto de gentes tit. 12. lib. 8. Ordin. Farin. in Praxi crimin. q. 113. n. 135.

2 In text. ibi (*alem dos que em sua casa*

sa tiuer) Etiamsi tali domestico non possit imperari, ex resolutis per Mascard.concl.533.n.3.& concl.756.

3 In text.ibi(*para lhe fazer mal*)Nota quod coadunatio gentis non est punibilis, nisi facta dolosè, & appensatè ad malum ex l.2.§. homines ff. vi bonorũ raptor. vbi Sebast. Næui. nu.8.cum seqq. vide Azeued. ad l.2. titul.6.lib.3. nouæ Recop. pag.234. Menoch.cons.28.nu.19 Farin.cons. 65.á n.55. cum seqq.& in Praxi crimin.q.113.n.143. vbi n.144. resoluit quod pœna conuenticulæ, & congregationis habet locum quando à principio, & principaliter facta est congregatio ad malum finem, secùs si incidenter homines sic conuenerint, & se congregauerint.

AD §. I.

1 In text.ibi (*para fazer mal, ou danno*) Conuenticula non est punibilis nisi fiat in damnum, & iniuriam alterius. Vide Farin. in Praxi crimin. q.113.n.141.

2 In text.ibi (*posto que não seja o que fez o dito ajuntamento*)Ergo ad essentiam conuenticulæ, seu congregationis necesse est quod sit facta in certo loco, & quod habeat suum ducem, vnde conuenticula non dicitur, nec illius pœna locum habet, quando sine duce, & auctore plures, putá vnus post alium conueniunt, vide Bossi. in titul. de crimine læsæ maiest.n.26.Farin.d.q.113.n.137.

AD §. II.

1 In text.ibi (*ajuntamento de gente*) Ex proposito, & pensatè non vero casualiter congregata. Vide l.4. §.Si ab ignoto ibi ab initio hoc agi debet ff. de Manumiss.Bart. in l. Quod ait lex §. Quod ait ff. de Adulter. Cassan.in consuetud.Borgund. rub.1. §. 7. verbo De simple num.1.in addit. fol.75.Farin.cons.65. num.19. cum seqq.

2 In text.ibi (*posto que com ella não va*) Ergo huiusmodi congregatio etiam alio effectu inde non sequuto aut delicto, punitur, de quo vide Farin.in Praxi crimin.q.113.n.123.

AD § III.

In text.ibi(*tirar deuassa*) Vide Cabed.p.1.Arest 60.

Ad tit.46.Ordinat. Regiæ. *In antiq. tit.78.*

Dos que vèm de fora do Regno em assuada a fazer mal.

Vide quæ dixi supra in tit. præcedenti.

Ad Princip.Ordin.Regia.

In text.ibi(*com armas*)Vide Farin. in Praxi crimin.q.113.n.142. vbi resoluit quod quando statutum, seu constitutio aliqua punit conuenticulam, seu cõgregationem hominũ armatorum non intelliguntur armati illi, qui gerunt Zappas, Fustes, Lapides, Pugnettos, Secures, aut alia rustralia instrumenta.

Ad tit.47. Ordinat. Regiæ. *In antiq. tit.106.*

Que nenhũa pessoa tragua comsigo homẽs scudados. *De scutiferis.*

HÆc lex lata fuit à Rege Ioanne I. qua cauetur tempore pacis, & induciarum comitatus homi-

hominum armatorum cum clypeis, & ceptris, secus tempore belli, ea potissimum ratione, quia incedens associatus istis scutiferis præsumitur habere animum aliquem offendendi argum. l. 3. §. Vi possidere ff. de vi, & vi armata, & eorũ, quæ Menoch. de Arbitr. casu 363. n. 4. & 5. Mascard. de Probat. concl. 1128. num. 12. Magistratibus autem congruit obuiare delictis committendis l. Congruit ff. de Officio Præsid. l. Capitalium §. Solent ff. de Pœnis. Hippol. cons. 126. à nu. 11. Et vt pateat vnde hæc lex habuit ortum, referam formalia verba legis super hoc latæ á prædicto Rege Ioanne I. quæ sunt in Ordinatione antiquiori manu scripta apud me fol. 97. ibi.. *Item nòs foy dito que em nosso Senhorio, specialmẽte nas Comarcas da Beira, & dantre Douro, & Minho, & detràs os Montes homẽs de pè scudados se lanção nas matas, & continuadamente andão valdios pella terra, comendo o alheo pellas terras chãas, forçando muitas moças virgẽes, & fazendo outros muitos males. E esso mesmo os fidalgos, & Abbades os ajuntão a sy, & fazem com elles andando assumadas, hũus contra os outros, em tal guisa, que os ditos homẽs de pè, & scudados não curão de ter outros officios, de que se à nòs segue deseruiço, &c.* Et de istis scutiferis hominibus in hac Interamnensi regione nihil vsque ad hunc septuagesimũ tertium ætatis meæ annum audiui.

Ad tit. 48. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit 35. concordant.

Dos que tirão os presos do poder da justiça, ou das prizões.

De eximētibus carceratos è manibus iustitiæ, vel è carceribus.

Vide Ias. in §. Pœnales nu. 102. Instit. de Actionib. Clar. §. fin. q. 29. à n. 3. & q. 68. n. 10. Guid. Papæ decis. 579. Anton. Gom. tom. 3. Vari. cap. 9. Aloys. Ricci. in collect. decis p. 3. collect. 586. Menoch. de Arbitr. casu 583. Polydor. Rip. obseruat. 21. Vincent. de Franch. Neapol. decis. 442. Viui. decis. 92. Auiles ad cap. 4. Prætor. verbo sea obligado. Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 7. Perez l. 12. titul. 14. lib. 2. Ordin. pag 336. latius l. 5. glos. E si le tomaren el preso tit. 12. lib. 8. Ordin. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 11. Farin. in Praxi crimin. tit. 4. q. 30. Cald. Pereira quæst. Forens. lib. 2 q. 23. n. 1. & de Empt. cap. 33. nu. 33. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 2. à n. 83.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*qualquer pessoa*) Non procedit in muliere, quæ eximens è manibus curiæ maritum captum mitius punitur. ex Farinac. in Praxi crimin. p. 1. lib. 1. tit. 4. q. 32. nu. 79 & Aloys. Ricci. in collect. decis. collect. 586. refert ex Polyd. & Viuio, quos citat Mediolanensem Senatum casum hunc indecisum remansisse, ob varias dissentientium Doctorum procellas, atque difficultates hinc inde exortas, noluisseque condemnare nec absoluere mulierem ipsam, sed determinauit illam non molestandam, relaxandamuè, donec aliud per Senatum fuisset prouisum.

Mulier si eximat maritum captum quam pœnā incurrat?

2 In text. ibi (*depois de algum ser preso*) Quid si indebitè detineatur vide Clar. §. fin. q. 29. num. 4 Mascard. de Probat. concl. 266. num. 26. & conc. 498. n. 6. Azeued. l. 12. n. 2. cũ seq. tit. 23. lib. 4. nouæ Recopil. Farin. d. q. 32. n. 78. vbi resoluit quod eximens ex manibus familiæ etiam indebitè captum punitur quando non constat notoriè de iniustitia capturæ, & si per

si per viam iudicis possit prouideri iniustæ detentioni nunquam licet eximere iniustè captum, & afferit Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p.2.n.95.

3 In text. ibi (*lhe tirar o preso de poder*) Quid si se ipsum eximat? Vide Clar. §. fin. q. 29. nn. 5. Farin. d. q. 32. n. 22. cum seqq. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 2. à n. 84. vbi resoluit quod quando quis se eximit è manibus familiæ potestatis absque violentia facit contra se vnum indicium insurgens á fuga.

AD §. I.

1 Vide l. Cuiusquè in fine princip. ff. ad legem Iuliam maiest. & l. 4. §. Item qui confessum ff. ad legem Iuliam de vi publica. Mascard. de Probar. concl. 266. & 820. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 11. Bouadil. in sua Politica lib. 3. cap. 15. n. 132. Farin. in Praxi crimin. q. 30. à n. 103.

Custodes carcerũ & apparitores non debent male tractare vinctos

2 In text. ibi (*debaixo de sua guarda*) Nota quod custodes carcerum debent compelli per iudices ne male, & inhumaniter tractent incarceratos. Vide Farin. in Praxi crim. q. 27. n. 98. Cardoso in Praxi iudicum verbo Custos n. 10. Nec etiam apparitores debent male tractare vinctos, de quo vide Pauin. in tract. Visitat. q. 7. nu. 21. Rebuff. ad leges Galliæ tit. de litter. requisit. num. 34. Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Mortuo o 1. n. 183. Perez ad l. 5. verbo E sy le tomaren el preso vers. Quæro etiam tit. 12. lib. 8. Ordin. Corre. in fragmẽtis ad hunc lib. 5. in princip. verbo Preso n. 82. cum seqq. Farin. in Praxi crim. q. 32. n. 61.

3 In text. ibi (*ajuda*) Nota quod cõsulens carcerato vt fugam arripiat tenetur parti offensæ damnum resarcire. Vide Perez l. 4. verbo Fujeren ti. 17. li. 8. Ordin. pag. 345. Azeue. ad l. 12. n. 21. ti. 23. li. 4. nouæ Recop. Cald. Pereira de Empt. cap. 33. n. 33. Farin. in Praxi crimin. q. 32. nu. 15. & q. 30. n. 97. agit de fautore, & consultore an teneatur eadem pœna, qua effractor.

De vxore liberante maritum è carceribus.

4 Vxor, quæ liberauit maritum è carceribus an veniat punienda? Vide Anton. Gom. tom. 3 cap. 9 ad finem Decian. tract. crimin. lib. 7 cap. 11. n. 9. Bouadil in sua Politica tom. 2. lib. 3. cap. 15 n. 130. Farin. in Praxi crimin. q. 30. n. 118. & de pœnis temper. q. 96. casu 8. n. 151 faciunt quæ Clar. lib. 5. §. fin. q. 29. n. 5. Menoch. de Arbitr. casu 348. n. 10. Hortens. Caualc. de Brachio Regio p. 2. nu 112. & de aliquibus è carcere liberatis industria vxorum vide per Cardin. Cæsar. Boron. tom 3. Annalium Ecclesiæ anno Christi 309. pag. 32.

AD §. II.

1 Desumitur ex l. Milites §. Saluio quoquè, & ex l. In eos ff. de custodia reorum. Vide Ias. in repet. l. Admonendi à nu. 167. ff. de Iureiur. Boer. decis. 215. Alciat. de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22. num. 6. Hippol. in Pract. crimin. §. Diligenter n. 46. Farin. in Praxi crimin. q. 30. n. 7. nouissime Iacob. de Graffis tom. 2. consil. tit. de Iudic. cons. 2. latè Hortens. Caualcan. in tract. de Brachio Regio p. 2. à n. 88. Et nota quod licet iste fugiens habeatur pro confesso, & conuicto, poterit nihilominus postea veniens ostendere innocentiam suam, & contrarium probare, per ea, quæ tradunt Doctores in materia huius Ordinat. & Duenh. reg. 392. Alphan. collect. 551. Viui. lib. 1. Cõm. Opin. verbo Fugiẽs è carcere.

In

2 In text. ibi (*serâ auido por prouado, &c.*) Limita primò in fugiente per ostium apertum. Vide Bonacos. Cõmun. crimin. p. 1. verbo Carceratus fol. 8. verso Mascar. de Probat. concl. 820. n. 15. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio p. 2. n. 89. vbi secus resoluit quando ostio existente aperto fractis compedibus, vel manicis ferreis carceratus aufugit.

3 Limita secundò in eunte de licentia custodis. Vide Mascard. de Probat. concl. 820. n. 19. Farin. in Praxi crim. q. 30. à n. 176.

4 Limita tertiò si iniustè detentus fugiat. Vide Bonacos. d. p. 1. verbo Carceres frangens fol. 21. Clar. §. fin. q. 21. n. 26. Menoch. de Arbitr. casu 301. n. 14. & 15. Mascard. concl. 820. n. 16. Hortens. Caualcan. d. p. 2. n. 93. vbi etiam limitat quando detentus non esset vir facinorosus, & ob nimiam sæuitiam custodis aufugerat.

AD §. III. & vltim.

1 In text. ibi (*fogirem serão punidos*) Limita primò si fugiens è carcere animo reuertendi cito venerit. Vide Duenh. reg. 392. vers. Limita 2. Tiraq in l. Si vnquam verbo Susceperit liberos n. 179. Lará in l. Si quis à liberis §. Si quis ex his n. 191. ff. de liberis agnosc. Viui. tom. 2. Cõmun. Opin. lib. 9. tit. 28. n. 76. vers. Quod si pag. 536. Menoch. de Arbitr. casu 301. n. 12. Mascard. de Probat. concl. 820. n. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 43. n. 7. Cald. Pereira de Nominat. q. 16. n. 19. Farin. in Praxi crimin. q. 30. n. 148. cum seqq.

2 Limita secundò si vadat de licentia custodis. Vide Boer. decis. 215. n. 17. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 5. §. 2. nu. 15. Cald. Pereira d. q. 16. n. 19.

3 Quæstio est in hac materia celebris an scilicet iniuste captus licite aufugere possit? Vide Cou. lib. 1. Vari. cap. 20. n. 10. vers. in 2. & n. 11. Nau. cõment. 4. de Regular. n. 63. Lará in l. Si quis à liberis §. Sed vtrum à n. 24. ff. de Liberis agnosc. Tiraq. in præfat. retractus lig. nu. 69. Mench. Illustri. cap. 10. nu. 53. Brunor. à Sole in quæst. legal. q. 30. à n. 29. Perez l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 545. Azeued. l. 8. n. 7. tit. 9. lib. 3. nouæ Recop. Seraph. de Priuilegijs iuram. priuil. 132. nu. 1. Mascard. de Probat. concl. 820. n. 17. Gutier. de Iuram. confirmat. p. 1. cap. 57. à n. 25. Cened. ad Decretal. collect. 43. n. 2. Cardoso in Praxi iudicũ verbo Carcer à n. 16. D. Mart. in votis nouiss. decis. voto 234. nu. 3. cum seqq. Ex Theologis Bann. 2. 2. q. 69. art. 4. dub. 2. concl. 5. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 22. art. 6. Fr. Ludou. Miranda de Ordine iudici. q. 29 art. 3. Sayr. in Claui. Regia lib. 12. q. 18. n 4. cum seqq. Pat. Martin. Delri. Disquisit. Magic. lib. 5. sect. 7. pag. 385 Pat. Paul. Comitol. Respon sor. Moral. lib. 4. q. 15. Pat. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnitent. tom. 2. lib. 24. nu. 149. Frat. Paulin. Bert. Lucens. in praxi crimin. Regular. tit. 17. cap. 5. num. 46. Iacob. de Graffis tom. 2. consil. tit. de Iudici. cons. 2. vbi num. 18. an iniustè carcerato liceat occidere custodes carceris, si non possit aliter euadere. *Iniuste captus an licitè aufugere possit.*

Ad tit. 49. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit 36.

Dos que resistem, ou desobedecem aos officiaes da justiça, ou lhes dizem palauras injuriosas. *De resistentibus iudici, &c.*

1 Concordat apud Hispanos tit. 22. lib. 8. nouæ Recopil. Vide

Dd Cassan.

Cassan.in consuetud Burgund. rub. 1 §. 7. verbo Simple. latissimè Farin.in Praxi crimin.lib.1.tit.4.quæst. 32 num.86.cum multis sequentibus latè Hortens.Caualcan. de Brachio Regio p.2.à n.42.

2 Resistere non dicitur, qui non deuenit ad manualem actum ita Farin.d.quæst.32. num.45.à. num.97. resoluit quod iudici procenti iuris ordine non seruato resisti potest, & num.107.idem tenet de iudice absquè iurisdictione, & circa non commissa procedente.

Iudici non afferenti signum potest resisti.

3 Et iudici non afferenti signum potest resisti ex Bart.in l.Prohibitum Cod. de iure fisci lib. 10. Auiles ad cap.42.Prætor.glos.varas nu.1. Menoch.remed.4. Adipiscendæ num. 689. & seq. Auend. de Exequendis mand.p.1.cap.22.num.11.& vide ad quid p.2.cap.21.nu.4. Azeued. l.33. tit.6.lib.3. nouæ Recopil. pag.272. Bouadil.in sua Politica lib.1. cap.13. n.50.& 51.Farin.d.q.32.n.37.

AD §. I.

In text.ibi (*serlheha hũa mão decepada*) Vide quæ dixi supra hoc libro tit.35.§.6.

AD §. II.

1 In text.ibi (*villas notaueis*) Numerantur in antiq. Ordin.lib.1.tit.2. §. 22. ibi *as quaes villas notaueis são, Santarem, Leiria, Oliuença, & Guimarães*, & ideo *notaueis* dicuntur quia insignia, & notabilia sunt oppida ex his, quæ Rebuff.tom.1.ad leges Galliæ tract. de Sentent. execut. art. 16. glos.14. num.3.& in comment.ad l.9. ff. de Verborum significat.vers.Notabilis fol.mihi 67.

2 De nostro oppido Vimaranensi nemo est qui ignoret inter notabilia notabilius oppidum, in illo enim natus fuit primus Portugaliæ Rex Alphonsus Henriquez, & luminare illud magnum totius orbis S. Damasus Papa prout præter Lusitanos nostros fatentur ex Hispanis Illescas in Chronica Pontificali in vita huius Sancti Garibai in compendio historiali p.1. lib.7. cap 52. Pined.in Monarchia Ecclesiast.p.2. lib.13. cap.22. Guasp. Barrer. in sua Chorographia cap. de Madrid fol. 54. nouissimè Dom. Maurus Ferrer in historia Diui Iacobi lib. 2. cap.23. Et in Martirologio Placentino summæ antiquitatis referũtur sequentia verba (Natale Sancti Damasi Hispani Vimaranen. Roman. Pontif.) Quamuis eum natum Madritij testentur Lutius Marinæus Siculus lib.2. rerum notabilium Hispaniæ fol.13. D. Sebastian. Orozco en el thesoro de la lengua Castellana verbo Guimaranes, & Gregor.Lopez Madeira in libro discursuum Montis Sancti Granatensis cap.36.fol.147. quos reprobat multa adducens Lusitanus noster Frat. Bernard. de Britto in Monarchia Lusitana p.2.lib.5.cap.27.

S.Damasus natus Vamaranus

AD §. III.

1 In text.ibi (*vintaneiros*) Quorum meminit Ordinat. supra lib.3. titul. 1. §.4.

2 In text.ibi (*homẽes dos alcaides*) Vide Auiles ad cap. 1. Prætor. verbo Derechamente num. 12. Et his non creditur dicentibus sibi factam resistentiam. Vide Auiles ad cap. 4. Prætor. verbo Seja obligado nu. 8. Farin.in Praxi crimin.p.1.lib.1.tit.4. q.32.nu.80. cum sequentibus Hortens.Caualcan.de Brachio Regio p. 2. n.73.cum seqq.

AD

AD § IIII.

Officiali nõ creditur dicenti se verberatũ super citationis actu.

